2° Austr. 82.

R

AVSTRIA
EX ARCHIVIS
MELLICENSIBVS
ILLVSTRATA.

LIBRI III.


OMNIA LUSTRAT
OMNIA PANDIT
OMNIA
TENTAT

AVSTRIA
EX ARCHIVIS
MELLICENSIBVS
ILLVSTRATA,

LIBRI III.

I. CONTINET NVCLEVM HISTORICO-GENEALOGICVM, DIPLOMATVM, CHARTARVM, PRIVILEGIORVM, ET ALIORVM EIVSMODI VETERVM MONVMENTORVM, CVM MVLTIS INTEGRIS ARCHIVORVM MELLICENSIS MONASTERII TABVLIS, EX QVIBVS ROMANORVM PONTIFICVM, PRINCIPVM, NOBILIVM FAMILIARVM, SACRORVM ANTISTITVM AVSTRIÆ, VICINARVMQVE PROVINCIARVM RES PLVRIMVM ILLVSTRANTVR.

II. COMPLECTITVR SIGILLA ROMANORVM PONTIFICVM, PRINCIPVM, SACRORVM ANTISTITVM, NOBILIVM &c. AVSTRIÆ VICINARVMQVE PROVINCIARVM, EX TABVLARIIS MELLICENSIBVS DEPROMPTA, AC ORDINE CHRONOLOGICO COLLOCATA.

III. EXHIBET COLLECTANEA PRO TABVLIS QVIBVSDAM GENEALOGICIS PRINCIPVM, SACRORVM ANTISTITVM, NOBILIVM &c. AVSTRIÆ, ET ADIACENTIVM PROVINCIARVM, EX PRIORVM DVORVM LIBRORVM DIPLOMATIBVS ET MONVMENTIS CONFECTA, AC SERIE ALPHABETICA CONCINNATA.

ACCESSIT TRIPLEX APPENDIX,

QVARVM PRIOR OFFERT PERBREVEM TOPOGRAPHIAM DIPLOMATICO-AVSTRIACAM,
ID EST, SYLLABVM OPPIDORVM, CASTELLORVM, VILLARVM, FLVVIORVM, AVSTRIÆ INFERIORIS, QVORVM MENTIO FIT IN ARCHIVORVM MELLICENSIVM TABVLIS, INTERSERTA NONNVLLORVM BARBARORVM VOCABVLORVM EXPLICATIONE.

POSTERIOR EXHIBET SPECIMINA DIVERSARVM MEDII ÆVI SCRIPTVRARVM, QVALES IN MONVMENTIS MELLICENSIBVS OCCVRRVNT.

POSTREMA QVASDAM SACRAS ET PROFANAS ANTIQVITATES QVÆ IN MELLICENSI MONASTERIO EXTANT, REPRÆSENTAT.

EDIDIT

R. D. P. PHILIBERTVS HVEBER,

AVSTRIACVS VIENNENSIS, ANTIQVISSIMI ET EXEMPTI MONASTERII MELLICENSIS ORD. S. BENED. IN AVSTRIA INFERIORE PROFESSVS, ET ARCHIVARIVS.

VIENNAE,
APVD JO. PAVLLVM KRAVSS.
M DCC XLIII.

3295

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS


REVERENDISSIMO PERILLUSTRI
AC AMPLISSIMO DOMINO

DOMINO
BERTHOLDO

CELEBERRIMI AC EXEMPTI
MONASTERII MELLICENSIS
DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
ABBATI
VIGILANTISSIMO
S.S. THEOLOGIÆ DOCTORI
SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQVE
CATHOLICÆ MAIESTATIS
CONSILIARIO
INFERIORIS AVSTRIÆ PRIMATI AC
PRÆSIDI DOMINORVM DOMINORVM PRÆLATORVM
NEC NON SELECTIORIS CONSILII ASSESSORI
PERPETVO &c. &c.

DOMINO DOMINO

PRÆSVLI SVO GRATIOSISSIMO.



REVERENDISSIME, PERILLVSTRIS, AC AMPLISSIME DOMINE, DOMINE PRÆSVL, DOMINE, PATER, ET MECAENAS GRATIOSISSIME!

DVm *Auſtriam ex Archivis Mellicenſibus Illuſtratam*, ea, qua filium erga Benigniſſimum Clementiſſimumque Patrem decet, reverentia & obſervantia Gratioſiſſimis manibus Tuis, Reverendiſſime, Perilluſtris, ac Ampliſſime Domine, Domine Præſul, conſigno, Inclytisque Tuis Honoribus dico & conſecro: aliud

haud quaquam ago, quam quod sacra Themis primo inter sua ab omnibus gentibus recepta sollemnia que scita loco præcipit, ut *sua cuique* tribuantur. Neque enim, Reverendissime Præsul, hoc qualecunque Litterarium monumentum tam meum quam Tuum est, utpote cuius unius nutu, Gratiis & favoribus hæ fruges meæ in hanc, quam cernis, Diplomatico-Historicam messem excreverunt. Tuum est, qui me præter omne meritum meum dirigendis, ordinandis, instruendisque amplissimis Archivis Tuis iam a pluribus annis præfecisti, sanctioraque illa & arcaniora Monasterii Tui cimelia meæ fidei credidisti. Tuum est, qui nullis, quas frequentibus & importunis precibus meis non potui non afferre, molestiis victus necessaria usibus meis instrumenta incredibili promptitudine ex Archivorum penetralibus, quoties volebam, subministrasti, restituta reddidisti, iterato Viennæ Mellicium, Mellicioque Viennam, me ad tantam benignitatem Tuam penitus attonito, deportasti. Tuum est, qui, nequid causarem, peritum & industrium etiam Artificem tuis impensis mihi indulsisti, qui suscepto Mellicium una mecum itinere, vetustorum sigillorum ectypa pereleganter ac dextre conderet, & elaboraret. Denique totum Tuum est, si vel ipsum argumentum Operis attente considerem. Continet id Romanorum Pontificum, & aliarum Nobilissimarum Sedium Antistitum Diplomata & Bullas, quibus Ecclesiam Tuam Mellicensem ad maximum splendorem provexerunt. Quid autem magis Tu-

um

um esse dicam, quam Sponsæ Tuæ Ornamenta & splendorem, cui in dies amplius augendæ quantum studeas, amplissima & prope Regia Mellicensis Basilica, pretiosissimi Sacrarii apparatus, Bona Mellicensia intus & extra Monasterium novis prudentissimeque adornatis ædibus decorata eloquuntur. Exhibet præterea hoc præsens opus Austriacorum Marchionum, Ducum, Archiducum, Regum ac Imperatorum authenticas Litteras & Decreta, quibus Mellicensis Monasterii possessiones vel fundant, vel cumulant, vel asserunt ac defendunt. Atqui nihil ita Tuum esse mihi semper visum fuit, quam Serenissimorum Austriæ Principum memoria & veneratio, quam adeo profunde tuo Abbatiali pectori insculptam geris, ut nullæ adeo atroces difficultates excogitari possint, qua Te ab incredibili studio de Iis bene merendi absterreant. Repræsentantur recensenturque hic Nobilissimarum Austriæ Familiarum Nomina & Insignia, ex quibus singularum longissima ætas, antiqua diversorum ab iis gestorum in Austria Munerum gloria, Avitaque quam plurima Stirpium suarum decora demonstrari, & illustrari possunt. At enim ecquis Austriacorum ignorat, Nobilitatem Austriacam omnino Tuam, Teque Nobilitatis Austriacæ esse? Eam Tu nullo non cultus genere jam inde ab inito fortunatissimo regimine tuo Tibi sic devinxisti, ut Nobilissimi quique Te Patris loco & nomine habere & compellare minime dubitaverint. Imo nobilissimus ille Tuus erga Nobilitatem Austriacam amor, & immensum Eandem de-

me-

merendi ſtudium una illa fortiſſima arma fuerunt, quæ generoſiſſimum ſapientiſſimumque Tuum animum expugnarunt, permoveruntque, ut Archivorum Tuorum Theſauros, quos alii ſcrupuloſiſſime occulunt, quibusque nihil ſanctius pretioſiusve Monaſteria poſſident, in lucem publicam tam cumulate efferri patereris. Quo quidem facto ſatis oſtendiſti, nihil adeo magnum, adeo pretioſum, adeoque ſingulare eſſe poſſe, ad quod profundendum paratus non ſis, dum eo Nobilitatis Auſtriacæ ſplendor, gloria, & amplitudo aliqua ſaltem ratione augeatur, cumuleturque. Et profecto, Reverendiſſime Præſul, agnoſcet hoc illuſtre de ſe meritum Tuum Splendidiſſima Auſtriæ Nobilitas, æternumque ſe Tuam eſſe grato animo profitebitur, utpote quæ adeo altas, copioſasque familiarum ſuarum Origines & Ornamenta ex Tuis Archivis ſibi videt in hoc Opere propinari. Efferet in cœlum laudibus Prudentiam, Liberalitatem, & Generoſitatem Tuam, qui recluſis primum inſtructiſſimis Tabulariis Tuis exemplum Aliis Monaſteriis idem actitandi præbueris, reque oſtenderis, longe certiora liquidioraque eſſe Monaſteriorum Auſtriæ iura, quam ut ſcrupuloſa genuinorum veterum inſtrumentorum diſſimulatione ac occultatione defendi neceſſe habeant.

Porro autem cum tot nominibus Auſtria *ex Archivis Mellicenſibus illuſtrata* Tua ſit, quantam non ſpem concipiam, fore, ut eam eadem benignitate, Clementiaque, qua Litteraria omnia monumenta complecteris & diſuaviaris, accipias? Suſcipe itaque Reverendiſſime, Perilluſtris ac Ampliſſime Domine Præſul, hos qualeſcunque Gratiarum erga me Tuarum fructus, & me, fœtumque hunc litterarium communi Auſtriæ commodo devotum ac deſtinatum Tuis porro Paternis favoribus bea. Mearum minimarum partium erit, pro tam luculenta Gratia Deum ter Optimum Max. ſemper calentiſſimis votis precari, ut Tuum, ſub quo omne Mellicium refloruit, feliciſſimum regimen quam longiſſime producat, omnigeniſque gratiarum ſuarum copiis confirmet, conſolidetque. Ita ex filiali animo voveo

Reverendiſſimæ, Perilluſtris & Ampliſſimæ
Dominationis Vræ.

INFIMUS CLIENS

P. PHILIBERTUS HUEBER P. M.

PRÆFATIO IN LIBROS III.

AVSTRIÆ EX ARCHIVIS MELLICENSIBVS ILLVSTRATÆ.

Habes hic, Erudite Lector, Opus pervetustum, si argumentum spectes: novum admodum & inexpectatum, si ad universam eius, qua pertextum est, rationem & usitatorum hactenus in his oris studiorum consuetudinem respicias. Vtrumque illico vel ex sola inscriptione intelliges, quæ tibi Austriam ex Archivis Mellicensibus illustratam *indicat. Porro quis ignorat,* Archiva *Sacræ Antiquitatis sacraria, vetustorumque monumentorum promptuaria esse, in quibus diversorum pluriumque sæculorum Acta memoriæ causa & asserendorum, si oppugnentur, veterum iurium causa diligenter sollicitéque custodiantur? At nec illud minus exploratum est, nullius generis libris adeo paucos & raros in publico comparere, quam in quibus antiquæ, genuinæ, ac originariæ chartæ Diplomataque evulgantur. Itaque nihil de præsente opere aut gloriosius, aut audacius enunciavimus, dum id & pervetustum, & novum diximus. Cæterum ut Lector, quid a nobis præstitum sit, recte cognoscat, non abre fore putamus, hic paucis commemorare, quo ductu & occasione ad edendi huius Operis consilium devenerimus.*

Cum triginta ipsos annos, Reverendissimorum Perillustrium & Amplissimorum D D. Præsulum meorum Gregorii p.m. &, qui nunc maxima cum laude & emolumento Monasterio nostro Mellicensi præest Bertholdi iussu in eorundem excutiendis, ordinandis, digerendisque Archivis versatus essem, quotidie amplius & clarius perspexi, accuratam, diligentem, constantemque veterum originariarum chartarum, Diplomatum, aliorumque antiquorum monumentorum tractationem non solum stabiliendis privatis Ecclesiarum iuribus maxime necessariam & opportunissimam esse, verum etiam amplissima luce universam Historiam, maxime patriam, perfundere, Genealogias Principum, & illustrium virorum nomina restituere, Oppida, fluvios, & nobiles olim, sed lapsu temporum velut intermortuas diversorum locorum memorias resuscitare, aliaque plurima in Rempublicam Litterariam commoda inferre, quæ post eruditum Mabillonium, Eccardum, Ludewigium, aliosque doctissimos viros, operosius hic recensere non vacat. Itaque cum hactenus

privato Monasterii mei commodo duntaxat laborassem, omniaque vetera instrumenta Archivorum nostrorum in plura maioris formæ ac molis volumina contulissem, cœpi cogitare de condendo aliquo Opere, quo tot exantlati sudores in communem etiam totius Provinciæ nostræ usum derivarentur. Expensis & circumspectis pluribus rationibus, visum fuit aliquot Libellos comportare, in quibus nostrorum antiquorum monumentorum quidam succus & medulla viris antiquitatum, præsertim Genealogicarum, cupidis præberetur. Quos tumultuarie conlectos cum postea amicis ostendissem, multo acrius deinde institerunt, meque hortati sunt, ut stadium, quod semel ingressus essem, alacriter ac strenue percurrerem, nec desisterem, dum ad metam & palmam adspirarem. Ego etsi imbecillium virium mihi probe conscius, gravioribusque præterea aliis negotiis perpetuo occupatus essem, parui tamen, tandemque laudando Clarissimorum P. P. Bernardi & Hieronymi Peziorum, sodalium meorum exemplo provocatus, non solum hactenus adornata Collectanea mea in meliorem ordinem redegi, sed etiam insertis novis monumentis nostris quam plurimis ad eum statum omne Opus perduxi, quem vides.

Porro id in tres libros distribui. Primus continet Nucleum Historico-Genealogicum, Diplomatum, chartarum, Privilegiorum, & aliorum eiusmodi veterum monumentorum, cum multis integris Archivorum Mellicensis Monasterii tabulis, ex quibus Romanorum Pontificum, Principum, Nobilium familiarum, Sacrorum Antistitum Austriæ, vicinarumque Provinciarum res plurimum illustrantur. *Quocirca velim advertat Eruditus Lector, nos data opera non omnia vetera hæc monumenta integra in lucem extulisse, partim ne communibus formulis molem operis inutiliter augeremus, partim ob alias causas, quas diffusius hic exponere nil iuvat. Nos præcipue in id studium nostrum contulimus, ut, quoad eius fieri posset, nihil ex veteribus chartis in excerptis nostris prætermitteretur, quod ad illustrandam vel historiam, vel Genealogiam, vel Chronologiam vel denique Topographiam Austriæ accommodatum erat. Porro penitus integra omnia extant in alio meo Opere, quinque voluminibus in fol. comprehenso M. S. quod in tribus hisce libris editum sub nomine* Archivi Mellicensis *ad singulorum fere articulorum & numerorum calcem citavi. Sunt autem monumenta vetera, id est: Diplomata, Chartæ, eorumque excerpta, fragmenta Historica &c. in primo nostro Libro nunc primum edita, circiter septin-*

ptingenta viginti quatuor, quorum primum intra annum Domini MLVI. & MLXXV. postremum vero anno M.D.XCIX. conditum & exaratum fuit. Ex quibus nemo non videt, quantus hic thesaurus viris eruditis offeratur, cuius pretium non parum ex eo crescit, quod hæc omnia non ex Libris Traditionum *seu, quæ vocant,* chartulariis *& apographis, sed ex ipsis limpidissimis fontibus & Originalibus prodeant, ad quorum fidem singulos articulos & numeros accurate exegimus.*

Secundus Liber complectitur Sigilla Romanorum Pontificum, Principum, sacrorum Antistitum, Nobilium &c. Austriæ vicinarumque Provinciarum, ex tabulariis Mellicensibus deprompta, ac ordine chronologico collocata. *Quæ Sigilla XXXVII. tabellis æneis comprehensa, singulari industria ex ipsis Originariis ceris expressit Cl. D. Ignatius Radererus, cui etiam ectypa veterum aliorum Mellicensium monumentorum, quæ in ultima triplicis ad universum hoc Opus Appendicis parte comparent, debemus. Sigilla omnia, ut diximus, ordine Chronologico disposuimus, ut uno veluti contuitu Lector ortum increscentemque illustrium Austriæ familiarum splendorem complecteretur. Porro Sigillis mox Indicem subieci, in quo non solum innuitur, quorum Pontificum, Principum &c. Sigilla in præcedentibus XXXVII. tabellis exhibeantur, sed etiam characteres antiqui in sigillis veteribus conspicui lectuque difficiles, vulgaribus nostris litteris explicantur, additis etiam aliis honorum titulis, quo illustres Personæ, in sigillis expressæ, in ipsius Diplomatis contextu ornantur: id quod commentarioli loco in præmissas sigillorum tabellas esse possit. Postremo cum nosse desideraveris, cui Diplomati vel instrumento singula hæc sigilla appensa sint, Librum nostrum III consule, ubi secundum Alphabeticum Nominum Propriorum ordinem nullo negotio reperies tam Tabellam sigilli, quam Diploma ipsum, cui quæsitum sigillum affixum est.*

Tertius Liber exhibet Collectanea pro tabulis quibusdam Genealogicis Principum, sacrorum Antistitum, Nobilium &c. Austriæ & adiacentium provinciarum, ex priorum duorum Librorum Diplomatibus & monumentis confecta, ac serie Alphabetica concinnata. *Nimirum cum fere omnia, quæ ex Mellicensibus Archivis deprompta Reipublicæ Litterariæ usui esse vide-*

videbantur, in Prioribus duobus Libris publici iuris fecissemus, necessarium erat, tertium Librum adiungere, qui vicem Indicis illorum suppleret, ex quo facillime viri docti cognoscerent, quorum Pontificum, Principum, illustriumque virorum mentio in Archivis Mellicensibus occurrat. De reliquis, quæ hic observari poterant, vide observationem nostram præviam *quam huic Libro præfiximus.*

Eodem fine adiecimus etiam triplicem Appendicem, *reliqua omnia, quæ ex veteribus qua sacris qua profanis monumentis Mellicensibus præcipue Diplomaticis, in gratiam studiosorum hominum elici poterant, id est: notitias Austriæ Topographicas, veterum characterum paradigmata &c. complectentem. Singulæ vero huius Appendicis partes cuiusmodi sint, abunde ex* Admonitionibus & Observationibus præviis, *suo loco editis, addisces.*

Atque hæc sunt, quæ in ipso Operis mei limine tecum, Erudite Lector, communicanda habui. Quæ utique omnia etiam aliorum Monasteriorum Archivariis incitamento erunt, ut & ipsi e suorum Archivorum *penetralibus eiusdemmodi res in publicum efferant, cuiusmodi nos in hoc syntagmate antiquario, ut patriam pro modulo nostro illustraremus, protulimus. Quod si Deus vitam & bonam valetudinem non nihil produxerit, spem eruditis facimus fore, ut eodem instituto, & ratione ea quoque in publica luce appareant, quæ amicorum & fautorum nostrorum ope ac benevolentia ex alienis Archivis & tabulariis consecuti sumus. Nunc in his acquiesce ac Vale.*

Nos Bertholdus, Dei & Apostolicæ sedis gratia Abbas Exempti Monasterii Mellicensis, Ord. S. Bened. Pataviensis Diœcesis, dilecto Nobis in Christo Patri Philiberto Hueber, eiusdem nostri Monasterii Presbytero Professo, Opus, cui titulus: *Austria ex Archivis Monasterii Mellicensis Illustrata Libri III.* a nostris ad id specialiter deputatis revisum, libenter potestatem facimus, prælo & typis commendandi. In quorum fidem hæc nostro Abbatiali sigillo & manu propria signavimus. Datum in Exempto nostro Monasterio Mellicensi die 6. Augusti. Anno Domini M. DCC. XXI.

BERTHOLDUS ABBAS (L.S.)
Mellicensis.

AUSTRIÆ



AVSTRIÆ
EX
ARCHIVIS MELLICENSIBVS
ILLVSTRATÆ
LIBER PRIMVS
CAPVT I.
In quo Diplomata pleraque integra unacum nucleo Historico-Genealogico aliarum chartarum exhibentur, quotquot quidem pro Monasterio Mellicensi ab anno Domini 1056. usque ad 1206. data in eiusdem Archivis adservantur.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum sit omnibus in Christo renatis tam præsentibus, quam futuris, qualiter ego Ernesto Austriæ Marchio cum dilectissima thori nostri socia Domina Swaenehildi Marchionissa, & filio nostro Liupoldo pro remedio nostrarum & omnium debitorum nostrorum animarum, de redditibus nostris prædium quoddam Wikkendorff dictum, infra limitum suorum terminos designatum, Titulo Sanctæ Crucis, & Sancti Petri & Sancti Cholomanni martyris in Medlichensi Cænobio, quod ab antecessoribus nostris fundatum est, in usum ibi Deo militantium, tam in culris, quam in colendis, potestativa manu sine omni contradictione delegamus, & subscriptorum testium allegatione, & sigilli nostri impressione confirmamus.

Num. I. Inter annum 1056. & 1075.

Terminat autem idem prædium de Hagingröbe in Adelmanesbrunn inde Stötppherrich, inde in Maerhle, inde in Chirchle, inde in Alherstorf. Cuius delegationis testes facti sunt hi nominetenus adnotati: Oezo Marchio de Styre, Ekkebertus comes de Formbahe, Fridericus comes de Tengelingen, & filii eius Sigehardus, & Fridericus, Vlrihe de Gosheime, Rudolf, & filius eius Walchon de Perge, Albrecht de Chiuliube, & filius eius Rapot, Aribo de Treisem, Otto Mosehengist, Pernhart de Rurippe, Marchward de

A Schlinz.

Schlinz. Et miniſteriales Marchiæ, Azzo de Gobatzſpurch & filii eius Anshalm & Nizo, Poppo de Ror, Vlreihe de Chadouwe, Alber de Zebingen, Adelold Chrewzzaere, & alii. Miniſteriales autem Eccleſiæ Roezil, & filii eius, & Rudolff de Medlikhe, Rûlbertus & Heimo & Gundacher de Hezingen cum aliis multis. Archivum Mell. Tom. I. Num. 483. folio 905. *Quo anno hæc donatio Monaſterio noſtro Mellicenſi facta ſit? Originale non indicat: auſpicatus eſt hic Erneſtus Marchio Auſtriæ regimen ſuum anno 1056. & obiit A. 1075.*

Num. 2. A. 1094.

Vdalricus Patav. Epiſcopus eligitur A. 1092. rexit annis 32.

Vdalricus Dei gratia Patavienſis Eccleſiæ Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad effectum debitum perducatur. Proinde noverit univerſitas, tam præſentium, quam futurorum, quod ad preces dilecti filii noſtri Ottonis de Perchtoldsdorff inclinati, ſuper quadam ibidem Capella a quibusdam viris nobilibus ſtructa, & in terminis parochialis Eccleſiæ Medlicenſis ſita, in honore Beatæ Mariæ Virginis, ſibi pro redemptione animæ ſuæ de bona voluntate & conſenſu H. Medelicenſis plebani, tunc ibidem reſidenti libertatem dedimus eximendi, hac videlicet recompenſatione, ut idem Otto annuatim matrici Eccleſiæ in Brunne prædium tres ſolidos ſolvens in certis & liberis redditibus; ne ipſa matrix videatur etiam nimium prægravari, debeat ſine omni contradictione liberaliter aſſignare, & ſacerdotem, quem vellet in eadem capella cum omni iure parochiali inveſtiremus, nobis vel ſucceſſoribus noſtris ydoneum præſentaret. Vt autem hæc libertas ſine indulgentia prætaxata ſtabilis permaneat & inconvulſa, præſentem paginam ſubſcriptis teſtibus & ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Huius autem rei teſtes ſunt: Otto Decanus, Magiſter Heinricus de Weitten, Nordemanus, Rudolfus Patavienſes Canonici, Plebanus Wiennenſis, Heinricus, Rapoto, Liutwinus ſacerdotes, Marchwardus de Himperch, Imfridus filius eius, Rudolfus de Potendorf. Otto Turſe. Vlricus & Wichardus de Gadem. Hermannus, Henricus, Eberhardus, Simfridus de Perchtoldsdorf, & tota plebs ad præfatam Eccleſiam pertinens. Datum Wiennæ XIII. Kal. Octob. Pontificatus noſtri anno II. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 41. fol. 123.

Num. 3. A. 1108.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Vdalricus Pataviensis Eccleſiæ Epiſcopus eſt. Petitionibus fidelium aurem accommodantes intimamus poſteritati fidelium, qualiter anno M. C. VIII. VI. Idus Octob. dedicata eſt a nobis Eccleſia parochiæ Wuldeistorff petente Venerabili Medlicenſis Eccleſiæ Abbate Engelſchalco. In honore Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, nec non Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, illorum tamen ſpecialiter, quorum reliquiæ ibi continentur, & quorum nomina in præſenti pagina ſubternotantur. Sanctorum Petri & Pauli, Johannis, Bartholomei, & Sanctorum Martyrum Georgii, Laurentii, Viti, Pangratii, Blaſii, Lamberti, & Sanctorum Confeſſorum, Sylveſtri, Martini, Nicolai, & Sanctarum Virginum Ceciliæ, Margarethæ, Agathæ, Walburgæ Virginis. Terminum autem eiusdem Parochiæ &c. ſicut ab egregio Marchione Luipaldo poteſtativa manu Eccleſia S. Petri in Medilikch dotata eſt de cultis & colendis, ut inconvulſa, & intemerata permaneant, eodem die noſtro banno ſtabilivimus, & præſenti ſigillo confirmavimus.

mus. Incipit enim idem terminus ex una parte a Mourinpege in Chadoltis, & Vehintal, & Gundhartisdorf, usque Niwendorf. Ex alia vero parte a Wintpozzingin in Neſſindorf, usque Wuldeistorf. Hæc ſunt etiam nomina villarum, ad eandem parochiam terminatarum: Scilicet, Wuldeistorf, Imindorf, Chelchdorf, Gunthartisdorf, Nesſindorf, iterum Nesſindorf, Pletichindorf, Grunt, Steininprunne, Wintpozzingin, Muſebrunne, Zoleilsdorf, Chadoltismarchat, Morinperge, Adalbrehtisdorf, Goteſchalchisdorf, Marchwartisdorf, Adalberndorf, Azilinſtorf, Vechintale. Archiv. Mellic. Tom. I. Num. 494. folio 922.

Anno M. C. X. Dominicæ Incarnationis IV. Indict. IV. Kal. Octob. Dedicata eſt Eccleſia parochiæ in Ramvoltispach a Venerabili Patavienſis Eccleſiæ Epiſcopo Vdalrico. In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, & in honore Omnium Sanctorum Dei, ſpecialiter ſanctæ, ac perpetuæ Virginis Matris Domini Mariæ, Andreæ Apoſtoli, Gregorii Epiſcopi, Chryſogoni Mart. Johannis & Pauli Mart. Vincentii Mart. Viti Mart. Chriſtophori Mart. Cyriaci Mart. Pangratii Mart. Benedicti Abbatis, Waltburgæ Virg. Terminus eiusdem Eccleſiæ iſte eſt, ſicuti ab Epiſcopo ipſa die banno confirmatus eſt: Ab orientali plaga usque in Wolvesprunnen tendit idem terminus, & ſic in Vogendorf, & Cigeiſtorf, & a latere Auſtrali Radigenbrunnen & Ebreichesbrunnen, & Riedentale, & Wirneſtesdorff, & ab Occidente Chopheſtal, & Adalwartesdorf, veluti rivulus hanc villam dividit, & Meginhartesdorf, & Burkſtalle, & Richeresdorf. Ab Aquilonari Wiſen, Niuwendorf, & Dürrinpach, & iterum Dürrinpach, ſicuti rivulus huius vocabuli has villas ad Auſtrum interfluit, & Dietreichsdorf, & ſic usque in torrentem, qui dicitur Smidach. Hæ villæ per circuitum ulteriores ſunt termini huius Eccleſiæ. Archiv. Mellic. Tom. I. Num. 374. folio 696. Num. 4. A. 1110.

Paſchalis Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Sigiboldo Abbati Monaſterii Sancti Petri de Medlick, eiusque Succeſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. A. 1110.

Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum: Leupaldus ſiquidem Marchio Beati Petri Eccleſiam & Monaſterium a Parentibus ſuis ædificatum in loco Medlikch in Parochia Patavienſi, & ſub Patronatus ſui iure poſſesſionem Beato Petro & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obtulit ſub eius tuitione perpetuo confovendum. Quam ob rem religioſis eius deſideriis annuentes iuxta poſtulationem Confratris noſtri Vdalrici Patavienſis Epiſcopi Monaſterium ipſum ſub tutela Apoſtolicæ ſedis ſuſcipimus, & decreti præſentis auctoritate munimus. Statuimus etiam, ut quæcunque prædia, quascunque poſſesſiones, ſive Eccleſias cum decimarum oblationibus præfati Principes Luipaldus & Pater eius Luipaldus, & cæteri Parentes eius, ſeu alii fideles de ſuo iure ipſi Monaſterio contulerunt, vel in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium offerri, vel aliis iuſtis modis acquiri contigerit, firma tibi, tuisque Succeſſoribus & illibata permaneant. Obeunte te nunc eius loci Abbate, vel tuorum quibuscunque Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum Pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam elegerint a Romano Pontifice conſecrandum. Porro circummanentium Abbatum

subire iudicium non cogamini, nisi forte illorum, qui ad sedis Apostolicæ proprietatem pertinent, cum Ecclesiasticæ necessitatis causa exegerit: Chrisma, oleum Sanctum, consecrationes Altarium, sive Basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Pataviensi accipietis Episcopo; siquidem gratiam atque communionem Apostolicæ sedis habuerit, & si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis adire Antistitem, & ab eo consecrationum Sacramenta suscipere, qui Apostolicæ sedis fultus auctoritate, quæ postulantur, indulgeat. Laicos sane seu Clericos sæculariter viventes ad conversionem suscipere nullius Episcopi vel Præpositi contradictio vos inhibeat. Sepulturam quoque eiusdem loci omnino liberam decernimus, & eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Advocatus autem eiusdem loci Luipaldus Marchio maneat, vel eius hæres, quicunque imposterum Marchiam obtinuerit. Veruntamen nec illis, neque alicui prorsus hominum liceat in eodem Monasterio, vel in bonis eius quicquam sibi temere vendicare, aut eius possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, omnimodis profutura. Ad indicium autem susceptæ a Romana Ecclesia exemptionis, aureum unum quotannis singulis Lateranensi palatio persolvetis; Si qua igitur in futurum Ecclesiastica Sæcularisve Persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sanctissimo corpore ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Joannis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconum Cardinalem ac Bibliotecarium. XVI. Cal. Maii. Indict. III. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. X. Pontificatus autem Domini Paschalis Secundi Papæ anno II. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 166. fol. 322.

Num. 5. A. 1114. Nono Kalendas Aprilis dedicata est hæc Ecclesia a Venerabili Pataviensi Episcopo Altmanno in honorem S. Martini: Notum sit omnibus fidelibus præsentibus, ac futuris, qualiter Rudolfus de Perge nobilis Vir & uxor eius Geysla tradiderunt ad altare Sancti Martini curiam, quam possedit Richerus & uxor eius, & prædium, quod situm est inter flumen Tabaraha, usque ubi oritur Gabelerispach, & tantum sylvæ, quantum Wolfoldus præsbyter campestrem ad usum explanare potuisset. Idem vero Wolfoldus præsbyter tradidit ad altare S. Martini duo mancipia in censum quinque denariorum Richmarum & Erbonem, & vineam, quæ sita est Sibinpach. Post obitum Rudolphi Gysila uxor eius tradidit ad altare S. Martini curiam, quæ adiacet Ecclesiæ, & curiam, quæ sita est in occidentali parte prope flumen Gabelerispach & Pezilmum cum uxore & filiis, & Goltburgam cum filiis. Waltchunus filius supradictorum tradidit ad altare Sancti Martini Reginbertum & filios eius, & uxor eiusdem

eiusdem Waltchuni nomine Adalhaid tradidit Sancto Martino duo mancipia in cenſum quinque denariorum Azilam, & Hazicham. Manifeſtum ſit autem omnibus in Chriſto viventibus, qualiter Rudolfus filius W. & uxor eius Richiza delegavit ad altare S. Martini curiam ad Perga & quod reſiduum fuerat parentibus ſuis inter prædicta flumina, ſcilicet curias ſecus Eccleſiam & mancipia, & quæ poſſederant eas, Ratoldum & uxores eius cum filiis & fratribus eius Mazilinum, & Reginhohum, & hubam, quam poſſedit Meinhardus, & prædium, quod terminant hæc loca: Pernkirchen & Naerdin & Pirichpach remotior, quod eſt inter Rudolphum & Fridericum, & prædium Chrebizingan, quod poſſedit Seyfridus, tradidit R. pro anima Richeri ad altare S. Martini, & vineam, quæ eſt ad Sibinpach, & duo molendina. Idem Rudolphus dedit prædium ad aram S. Martini, prædium, quod poſſedit Hermannus & Bentwicus poſt obitum Reginberti fratris ſui & duo mancipia, Eberhardum, & Marquardum. Hainricus frater O. dedit prædium ad aram S. Martini, quod poſſedit Richalmus & Luitpoldus. Reginbertus tradidit ad aram S. Martini prædium, quod poſſedit Wolgerus. Meinhardus Converſus dedit prædium Sancto Martino quod ipſe habuit inter Tabaraha & Stainpach. Rudolfus præſtitit ad aram S. Martini decimas, quas in ipſa Parochia præſtitas habuit in ſervitium ſacerdotis illic ſervientis. Rudolfus tradidit ad aram S. Martini Trutmannum Vrlingum. Otpolt tradidit ad aram S. Martini Rutpertum & ſororem eius. Behewinus tradidit ad aram S. Martini Hainricum, & Yedungen & ſororem eorum cum filiis ſuis. Oze & Pilizi tradiderunt ad aram S. Martini Chunonem cum filiis ſuis. Meinhardus tradidit ad aram S. Martini Hintam pro anima matris ſuæ. Hazacha tradidit ad aram S. Martini Perichtoldum Ratpuch ſervum ſuum Herlantam. Hæc traditio finita & ſtabilita eſt a Venerabili Pataviensis Eccleſiæ Epiſcopo Vdalrico anno incarnationis Dominicæ M. C. XIV. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 307. fol. 569.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Vdalricus Pataviensis Epiſcopus* eſt. Quia petitionibus Religioſarum perſonarum annuere pium eſt, inſinuamus poſteritati fidelium, qualiter anno ab Incarnatione Domini M. C. X V. Indict. VII. IV. Idus Februarii dedicata eſt a nobis Eccleſia Parochiæ Wikeindorf, petente Venerabili Engilſchalcko Medilicenſis Eccleſiæ Abbate. In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, & in honore Sanctæ Dei genitricis Mariæ, & Omnium Sanctorum, & ſpecialiter illorum, quorum reliquiæ inibi reconditæ ſunt: Petri Apoſtoli, Andreæ Apoſtoli, Stephani Prothomart. Stephani Papæ & Mart. Mauritii Mart. Cholomanni Mart. Pangratii Mart. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris, Hilarii Epiſcopi, & Benedicti Abbatis, Margarethæ Virginis & Martyris, Clementiæ Virg. Palladiæ Virg. Terminum autem decimationis eiusdem Parochiæ, ſicut ſubtilisſime inveſtigando, & inquirendo ab induſtrioribus, & ſeniſſimis comprovincialibus ſcire potuimus, ſubternotavimus, & banno confirmavimus. Incipit enim Richerſtorff, & campo adiacente, & Ruſt, & Protechin, & Tallisbrunnen, & Wiſinwinchil, usque in Maraha; & ſic per decenſum Marahæ in Zwerndorff, & Chunendorf, & finit Chreſſinbrunnen. Ex altera parte finit idem terminus in confinio Sibenbrunnen Meginhardi. Et ſicuti inibi terminatur prædium Vdalrici, quod pertinet ad Genſtribindorf. Tertiam vero partem decimationis eiusdem parochiæ, quæ ad ius Epiſcopatus noſtri pertinuit, & inſuper

Num. 6. A. 1115.

* Sic habet Originale.

integram decimationem duarum villarum in Poungarten, & Chůnnendorf, tradidimus poteſtativa manu noſtra, & advocati noſtri Adalberti prædictæ Eccleſiæ Medilik de omnibus prædiis & agris cultis & colendis, in prædicto termino ſitis, pro commutatione prædii in Grizanſtein ſito, & alterius in Imminbrukke. Quam commutationem ab Abbate Engilſchalcho & ſuo advocato Rŏdolfo in præſentia prædicti advocati noſtri Adalberti accepimus, & ſignaculo Sigilli noſtri, & banno in perpetuo ratam confirmavimus. Huius rei teſtes ſunt: Ekiprecht de Butine. Dietrich de Grizanſtaine. Mangeolt de Acchispach. Adalram de Vttindorf. Rŏtprecht de Palſenze. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 476. fol. 877.

Num. 7. A. 1120. In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Vdalricus Epiſcopus Patavienſis Eccleſiæ. Auctoritate officii noſtri cogimur pro catholicarum rerum ſtatu ſatagere, & quæ recta ſunt ſtatuta, ſtabilire, generationi ergo venturæ ſcribendo inſinuamus, qualiter mediante Venerabili Engilſchalcho Medilicenſis Eccleſiæ Abbate, anno verbi incarnati M. C. XX. Indict. XIII. VII. Idus Januarii, Eccleſia parochiæ Draskirchen dedicata eſt per nos, & cum termino decimationum ſuarum Epiſcopali noſtro banno ſtabilita, antiquitus quidem ante annos XL. & eo plus ad id tempus a beatæ memoriæ Sigilberto Epiſcopo conſecrata & pari modo corroborata. Sed iam tunc nova muri conſtructione ampliata, & conſecratione officii noſtri renovata. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, & in honore Beatæ Dei genitricis Mariæ, & omnium Sanctorum, ſpecialiter tamen in honore S. Margarethæ Virg. & Mart. & eorum, quorum reliquiæ ibi reconditæ ſunt, ſcilicet, S. Jacobi Apoſt. & Sanctorum Martyrum, Mauricii, Georgii, Cyriaci, & Valentini Confeſſoris, Erhardi Confeſſoris, Cæciliæ Virg. & Mart. In dextro vero altari continentur reliquiæ: Valentini Epiſcopi & Confeſſoris, Chriſogoni Martyris, Adriani Martyris, Felicitatis Mart. In ſiniſtro altari conditæ ſunt reliquiæ Sanctorum Wenceslai Mart. Andreæ Apoſtoli, Cholomanni Martyris, Cypriani Mart. Adalberti Mart. Agathæ Virg. & Mart. Vocavimus deinde ipſa die prudentiores & ſeniores cives, & quæſivimus ab eis terminos decimationis ipſius parochiæ, reſponſumque eſt ab eis: a Steinintiſche procedit terminus usque Pieſinikke, & ſicut Pieſinikke defluit ad Hadwrtistorff, & Scranwat, & Brunnen, & Gehen Nuiſidelen, & Velwen, & ſicut terminationes iſtarum villarum, quæ hic nominatæ ſunt, finiuntur, terminum huius Eccleſiæ conſtitutum a prædeceſſoribus noſtris probaverunt antiquitus. Quem mox terminum cum omnibus appendiciis ſuis cultis & colendis, & omnes villas eodem termino circumvallatas, auctoritate officii noſtri confirmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione præſenti pagina corroboravimus. Decimationis vero duæ partes ad Eccleſiam parochiæ in Dreskirchen, quibus Cœnobium ſcilicet Medilikk a Marchione Luitpaldo dotatum eſt, pertinent. Tertia pars eiusdem decimationis ad ſervitia Epiſcopatus noſtri pertinet, excepto vino eiusdem tertiæ partis, videlicet in duabus parochiis Dreskirchen, & proxima ei Medilik, quam erga nos & Advocatum noſtrum Dominum Adalbertum commutavit idem Engilſchalchus prædictus Abbas, per manum ſui Advocati Domini Luitpaldi Marchionis & Rudolfi Advocati eiusdem Marchionis cum uno prædio Volichismure in duobus locis ſito, quod prædium continet ſex beneficia & cum ſex vineis, quarum

rum una sita est Chælinisdorff cum agro suo integro: altera sita est in Richpotenpach cum dimidio manso: tertia in Walbrehtisdorff cum integro suo agro: quarta & quinta sita est in Nusdorf cum suis appendiciis: sexta in Huntisheim cum curtifero sine agro. Huius rei testes sunt Burchart de Moseburen, Hertwich de Lenginbach & frater eius Heinrich. Hartwich de Rodiniche, & frater eius Adalram de Eppisteine, Hun: Geibhard, Walchun Huch, Perenhard Hug, Gotwin, Piligrim Penho. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 41. folio 74.

Calixtus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Erchenfrido. Abbati Monasterii S. Petri de Medelikch, eiusque Successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, & quæ recte statuta sunt stabilire: Quam ob rem dilecte in Christo Fili Erchinfride Abbas petitioni tuæ clementer annuimus, & secundum postulationem Confratris nostri Reginmari Pataviensis Ecclesiæ Episcopi Beati Petri Monasterium, cui Deo auctore præsides, ad exemplar Domini prædecessoris nostri Sanctæ memoriæ Paschalis Papæ sedis Apostolicæ patrocinio communimus, eundem etiam locum Luipaldus Marchio a Parentibus suis ædificatum in loco Medlikch in parochia Paviensi, & sub Patronatus sui iure possessionem Beato Petro & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ obtulit eius tuitione perpetuo confovendum. Per præsentis ergo Privilegii paginam Apostolica auctoritate statuimus, ut quæcunque prædia, quascunque possessiones, sive Ecclesias cum decimarum oblationibus præfati Principes Luipaldus & Pater eius Luipaldus & cæteri Parentes, seu alii fideles de suo iure ipsi Monasterio contulerunt, vel in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium offerri, vel aliis modis acquiri contigerit, firma tibi tuisque Successoribus & illibata permaneant. Obeunte te nunc eius loci Abbate, vel tuorum quolibet Successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem & Beati Benedicti regulam elegerint a Romano Pontifice consecrandum. Porro circummanentium Abbatum subire iudicium non cogamini, nisi forte illorum, qui ad sedis Apostolicæ proprietatem pertinent cum Ecclesiasticæ necessitatis causa exegerit: Chrisma, oleum sacrum, consecrationes Altarium, sive Basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a Pataviensi accipietis Episcopo, siquidem gratiam atque communionem Apostolicæ sedis habuerit, & si ea gratis, & sine pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire Antistitem, & ab eo consecrationum Sacramenta suscipere, qui Apostolicæ sedis fultus auctoritate, quæ postulantur indulgeat. Laicos sane seu Clericos sæculariter viventes ad conversionem suscipere nullius Episcopi vel Præpositi contradictio vos inhibeat. Sepulturam quoque eiusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Advocatus autem loci eiusdem Luipaldus Marchio maneat, vel eius hæres, qui Marchiam obtinuerit. Veruntamen neque illis, neque alicui prorsus hominum liceat in eodem Monasterio vel in bonis eius quicquam sibi temere vendicare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed A. 1122.

omnia

omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione, & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem susceptæ a Romana Ecclesia exemptionis aureum unum pro annis singulis Lateranensi Palatio persolvetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica Sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sanctissimo corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, amen. Datum Laterani per manum Chrisogoni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconum Cardinalem ac Bibliotecarium. VI. Idus Martii. Indict. XV. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XXII. Pontificatus autem Domini Calixti Secundi, anno IV. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 167. fol. 324.

A. 1136. Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Herchenfrido Abbati Monasterii Sancti Petri de Medelik eiusque Successoribus regulariter substituendis in perpetuum: Apostolicæ Sedis, cui disponente Domino præsidemus, auctoritate compellimur, ut Venerabilia loca, præsertim quæ Beati Petri iuris existunt, atque per sanctas inibi Domino familiaritates diligamus, & earum quieti & utilitati salubriter auxiliante Deo providere curemus. Huius itaque rationis intuitu dilecte in Domino Fili Herchinfride Abbas tuis rationabilibus postulationibus annuentes, Beati Petri Monasterium, cui divina providentia præsides, quod utique illustris Vir Luitpoldus Marchio a Parentibus suis in loco Medlick, in Parochia Pataviensi constructum, & sub patronatus sui iure possessum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ obtulit, eius tuitione perpetuo confovendum, ad instar Prædecessorum nostrorum recolendæ memoriæ Paschalis & Calixti Romanorum Pontificum, Apostolicæ Sedis privilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque prædia, sive Ecclesias cum decimarum oblationibus prædicti Principes Luipoldus, & Pater eius Luipoldus, ac cæteri parentes eius, seu alii fideles de iure proprio eidem cœnobio contulerunt, sive imposterum offerri contigerit, tibi tuisque successoribus præsentis scripti pagina roboramus. Obeunte vero te nunc eius loci Abbate, vel tuorum quolibet Successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem & Beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Electus autem ad Romanum Pontificem veniat consecrandus. Porro circummanentium Abbatum subire iudicium non cogamini, nisi forte illorum, qui ad ius & proprietatem sedis Apostolicæ pertinent cum Ecclesiasticæ necessitatis causa exegerit: Chrisma, oleum Sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Pataviensi accipietis Episcopo; siquidem gratiam, atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit, & si ea gratis ac sine pravitate aliqua voluerit exhibere? alioquin quem malueritis catholicum adeatis Antistitem, qui nimirum Apostolicæ

licæ ſedis fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Laicos ſane ſeu clericos ſæcularem vitam agentes, absque ullius Epiſcopi vel Præpoſiti contradictione ad converſionem ſuſcipiendi licentiam habeatis. Sepulturam quoque ipſius loci liberam omnino eſſe decernimus, ut videlicet eorum, qui illic ſepeliri deſideraverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Advocatus autem eiusdem loci Luipoldus Marchio maneat, vel eius hæres, quicumque impoſterum Marchiam obtinuerit: veruntamen neque illis, neque alicui prorſus hominum liceat in eodem Monaſterio, vel in bonis eius quicquam ſibi temere vendicare, aut eius poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia, quæ in præſentiarum idem cœnobium juſte & legitime poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis auxiliante Deo poterit adipiſci, integra & illibata ſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Ad indicium autem perceptæ huius a Romana Eccleſia libertatis, nobis noſtrisque ſucceſſoribus aureum unum annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur impoſterum Eccleſiaſtica ſæcularisve Perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit; ſi ſecundo tertiove commonita, reatum ſuum congrua ſatisfactione non emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen, Amen, Amen. Datum Piſis per manum Hunnerici ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconum Cardinalem & Cancell. III. nonas Januar. Indict. 14. Incarnationis Dominicæ Anno 1136. Pontificatus Domini Innocentii Papæ IIdi. Anno 7. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 161. Fol. 301.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis abbati & fratribus Medlicenſibus Monaſterii ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Litteras & Nuncium veſtrum debita benignitate ſuſcepimus, & juxta petitionem veſtram fratri noſtro Patavienſi Epiſcopo præcipiendo mandavimus, vt villas duas cum ſuis decimationibus, quas vobis abſtulerat, reddat, & decimationes, quas Otto de Mazaut & Artuichus miniſteriales Henrici Marchionis ſimiliter vobis auferunt, reſtitui faciat. Præterea quoniam nobis ſignificaſtis Eccleſiam, quam Vdalricus de Berenchirch vobis aufert, vobis interdicentibus & Apoſtolicam ſedem appellantibus conſecrare præſumpſit, proxima beati Lucæ feſtivitate ipſum ad veſtram præſentiam evocavimus, de tanto contemptu reſpondere & ſatisfacere patratum. Vos autem ſi ſecundum beati Benedicti Regulam vivere, & Profeſſionem veſtram ſervare ſtudueritis, tam in his, quam in cæteris ſecundum Dominum vos juvare & manu tenere volumus, & veſtram juſtitiam conſervare. Super exeniis autem a veſtra charitate nobis transmiſsis dilectioni veſtræ gratias agimus. Datum Laterani VII. Idus Februar. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 181. fol. 345. A. 1136.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Reginbertus Dei gratia anctæ Num. 8. A. 1142.

 Patavi-

Pataviensis Ecclesiæ Episcopus. Ordo officii nostri nos hortatur & admonet Ecclesias honorare & eas secundum petitiones bonorum hominum & iusta vota administratione Spiritus sancti exaltare. Scire ergo volumus omnes fideles Christi tam præsentes, quam futuros, quod ego Reginbertus humilis Pataviensis Episcopus rogatu cuiusdam nobilis viri, & bonæ famæ, Ecclesiam in Pergenkirchen appellatam consecravi, & eam communi consilio Clericorum & Ministerialium speciali quadam dignitate sublimavi, scilicet, ut eiusdem Adalrami propria familia & coloni proprii ibi sepulturam & baptisma percipiant, videlicet inter Nerden & Tabra &c. Hæc autem facta sunt anno ab incarnatione Domini M.CXLII. Indict. V. VIII. Kal. Aprilis Arch. Mell. Tom. I. Num. 308. Fol. 571.

Num. 9. A. 1178. Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam præsentis temporis, quam futuri. Quod ego Liupoldus Dei gratia Dux Austriæ controversiam inter Monasterium Sanctæ Crucis & sancti Cholomanni Medlichæ super decimis in parochia *Medelik & Draskirchen* sitis ex præcepto Domini Apostol. Alexandri & consilio Domini Theobaldi Patav. Episcopi anno ab incarnatione Domini M.CLXXVIII. Indict. VI. cum hæreditarius utriusque loci essem Advocatus, hoc fine tandem terminavi &c. Huius rei testes sunt per aurem tracti: Chunradus Comes de Pilstain. Heinricus Comes de Skalahe, & Sighardus frater eius. Heinricus Comes de Pleigen. Otto de Lengenpach. Vdalricus de Asparn, Crasto de Aernczinspach. Albero de Chunringen, & Hadmarus filius eius. Albero de Wichartslage, & Wichardus frater eius. Wichardus de Sevelde, & Chadolalus frater eius. Vdalricus de Stauze. Hugo de Ottensteine. Iremfridus de Gnannendorf. Albero de Minnenbach, & Rodgerius frater eius. Tempore Theobaldi Pataviensis Episcopi A. ab incarnatione Domini M.CLXXVIII. Indict. VI. XIII. Kalend. Iul. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 116. Fol. 210.

Num. 10. A. 1191. Anno 1191. Luipoldus Dux Austriæ & Frater eius Henricus contra hostes Christianæ Religionis pugnaturi Ierosolymam proficiscuntur &c. & Fridericus Advocatus noster de Perge apud Antiochiam moritur, & in Monasterio S. Georgii sepelitur. Originale Chronicon Mell. M. S. de hoc anno.

Num. 11. Inter anno 1199. & an. 1203. Lupoldus Dei gratia Dux Austriæ, Styriæque. Cunctis fidelibus in Christo tam futuris, quam præsentibus æternæ adoptionis beatitudinem. Fidelium progenitorum nostrorum piam, ac laudabilem devotionem prosequentes, Ecclesiam nostram Medelicensem ab illis laudabiliter fundatam, & sumptuose satis instructam manutenere, promovere, amplificare, prout possumus, proposuimus. Frequentiam itaque Fratrum illorum erga devotum obsequium nostrum considerantes, cum eis in aliis rebus necessariis tam nostrorum, quam aliorum fideli largitione ad sufficientiam provisum esse cognoverimus, penuriam maxime lignorum, ipsos sustinere cognitum habemus. Quapropter & illorum utilitati, ac nostræ perpetuæ apud ipsos recordationi prospicientes, silvam quandam nostri iuris ipsis adiacentem, cum terminis suis, hoc est, a ripa Danubii, usque dum ad prata veniatur, & quantum est ab amne Tumenich, usque ad decursum alvei, qui dicitur Luchdervve, dilecto nostro Chunrado eiusdem loci Abbati ac fratribus illic Deo servientibus, iuxta designationem Chunradi de Strivvisen, atque Gerungi Forstarii, superius & inferius donavimus & testamento huius scripti confirman-

mantes ſigilli noſtri impreſſione ſubiunctis teſtibus roboramus. Fridericus filius Ducis, Hadamarus Chraft. Deinzinger. Archiv. Mell. Tom. I. N. 189. fol. 355.

Iſte Lupoldus ſeu Liupoldus Dux Auſtriæ auſpicatus eſt Regimen anno 1199. & obiit A. 1230.

CAPVT II.

Adferuntur in medium Diplomata & chartæ cum excerptis, quæ ab Anno Domini 1206 usque ad annum D. 1232. in commodum & gratiam Monaſterii Mellicenſis condita fuerunt.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Medlicenſi Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Num. 1. Anno 1205.
Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia Mater ſuæ protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino Filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes asſenſu, Monaſterium veſtrum, quod ad Romanam Eccleſiam nullo mediante dignoſcitur pertinere, cum Perſonis & bonis omnibus, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum præſtante Domino poterit adipiſci, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem privilegia, indulgentias, libertates & immunitates vobis & Monaſterio veſtro a Prædeceſſoribus noſtris indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum VII. Idus Decembr. Pontificatus noſtri anno ſeptimo. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 170. folio 332.

Poppo Pataviénſis Epiſcopus primo ordinationis ſuæ anno moritur, pro A. 1206.
quo Manigoldus Chremſminſterenſis Abbas pontificatus inſulis decoratur A. 1206. Originale Chron. M. S. Mellic. de hoc anno.

Liupoldus Dei gratia Auſtriæ & Styriæ omnibus Chriſti fidelibus in per- Num. 2. Inter Annum 1204. & 1212.
petuum. Vtilis eſt Scriptorum confectio, quæ veritatem manifeſtat, calumpniam reprimit, liteſque decidit. Huius rei gratia Scripti noſtri patrocinio Monaſterium Medlicenſe communimus ſuper eo, quod Dominus Hainricus de S. Vito in præſentia noſtra conſtitutus fide data promiſit, beneficia, quæ ab eodem tenebat Monaſterio, nullo unquam tempore alicui propinquorum ſive extraneorum ultra vitæ ſuæ tempus ſe conceſſurum, vel quocunque genere obligationis obligaturum, ſed libere & abſolute omni contradictione ceſſante, ſive hæredes relinqueret ſive non, ipſo viam univerſæ carnis ingrediente, ad Monaſterium ſe omnia transmiſſurum, ob hoc viginti talentis ab Abbate receptis, quæ Domino Ortolfo de Volkerstorf ſolvebat, cui eadem beneficia neceſſitate vitæ ſuæ coactus fuiſſet reſignaſſe: ſed a Domino Abbate Reinoldo prohibitus, prout dictum eſt, fide data promiſit. Huius rei teſtes fuerunt: Dominus Marquardus de Hintperch & filius

lius ſuus Imfridus, Dominus Vlricus de Pekka, Dominus Heinricus de Streitweſen, Vlricus Strun, & frater ſuus Bernhardus, Hainricus de Hayken, Heinricus de Sichtenberch, Vlricus de Zelkingen, Henricus de Teſſingen, Heinricus de Tribanswinkl, Gerhardus de Chinpach, & frater ſuus Heinricus, Chalhochus de Medlich, Rudolfus de Gerolczdorf, Bernhardus de Medlich, Hugo de eodem loco, Wolffranus de Chuffarn, Chunradus Chremilcz & frater ſuus. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 228. fol. 429. *Iſte Liupoldus Dux Auſtriæ auſpicatus eſt Regimen Ducatus Auſtriæ Anno 1199. & per obitum finivit Anno 1230. Mellicenſis vero Abbas Reinoldus, ſeu Reginoldus & Reginaldus rexit ab Anno 1204. usque ad annum Domini 1212.*

Anno 1208. Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati de Gaerſtyn & Magiſtro Henrico de Witin & Tutoni de Heiburch plebanis Patavienſis diæceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Accedens ad præſentiam noſtram dilectus Filius Abbas Medlicenſis gravi nobis conqueſtione monſtravit, quod Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Olomocenſis & dilecti Filii Abbas de S. Cruce, & Decanus de S. Agatha, Patavienſis diæceſis ipſius conjudices delegati à nobis contra eum licet aliqua cauſa, quæ ipſum tangere videretur, commiſſa eis, ſicut dicitur, non fuiſſet, iniquam ſententiam protulerunt, per quam Monaſterium ante dictum incurriſſe dignoſcitur non modicum detrimentum. Cum igitur nemo debeat injuſte gravari, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, quos propter hoc videritis evocandos, & inquiſita ſuper his diligentius, & cognitâ veritate, quod iuſtum fuerit, appellatione poſtpoſita ſtatuatis facientes, quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Nullis litteris veritati & iuſtitiæ præiudicantibus à Sede Apoſtolica impetratis. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm nihilominus exequantur. Datum Viterbii 12. Kal. Septembris. Pontificatus noſtri annô decimô. Arch. Mell. Tom. III. Num. 364. fol. 761.

Anno 1213. Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii Medlicenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri, ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino Filii veſtris iuſtis poſtulationibus gratô concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & Monaſterium ipſum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrociniô communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Laterani 4. Idus Aprilis. Pontificatus noſtri anno Sexto Decimo. Arch. Mell. Tom. I. Num. 172. fol. 335.

Num. 3. Anno 1216. In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Liupoldus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Cum inter Monaſterium Medilikch & Sanctam Crucem eorumque Abbates ſuper decimis quæſtio diuturna verteretur. *Hanc litem Dux Liupoldus cum certis clauſulis compoſuit.*

fuit. Præſentem paginam communimus Sigilli noſtri impreſſione, teſtiumque conſcriptione; quorum hæc ſunt nomina: Syfridus Orphanus Monaſterienſis Præpoſitus. Henricus Patavienſis Canonicus, & Scriba noſter, Henricus de Medlich. Ulricus de Draskirchen. Bernardus de Sizendorf, Plebani. Salomon Capellanus noſter. Luipoldus Notarius noſter. Magiſter Dietericus. Magiſter Robertus Francigena. Ulricus Struno Marſchalcus noſter. Rudolfus de Potendorf. Wichardus de S. Vito. Luipoldus de Molanstorf Pincerna noſter. Chunradus de Wikendorf. Hermanus Phuſtel. Meinhardus de Draskirchen. Eberhardus de Medlich Decimatores Medlicenſium. Actum Wiennæ in Domo Dieterici. Anno ab Incarnatione Domini M. CC. XVI. III. Idus Novembris feliciter amen. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 117. fol. 212.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Deo in Medlikh ſub monaſticæ Profeſſionis regula Servientibus Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectionis veſtræ nobis oblatæ ſunt litteræ ſignificantes, quod dilectus Filius noſter Hadimarus Monaſterii veſtri Abbas ſicut neceſſitati præſentium fideliter ac prudenter providit; ita utilitati futurorum ſolerti cordis oculo invigilans domum infirmorum curæ deputatam, quam apud anteceſſores ſuos modicum vel nullum infirmis præſtabat ſolatium, in melius reformare ac poſſeſſionibus augmentare decreverit. Additis ad ſui propoſiti promotionem cum univerſitatis veſtræ, ſive tam ſpiritualium, quàm Laicarum perſonarum conniventia molendino in Chrems, quod prædeceſſor eius pro viginti & quinque libris obligaverat, & duabus pernis, cum duabus Chremſenſibus metretis tritici & aliis quibusdam redditibus, quos ad uſus iam dictæ officinæ comparavit, & eosdem coram Vaſallis & familia conventui aſſignavit. Innotuit præterea nobis ex ipſarum tenore litterarum, quod vos paternæ illius ſollicitudini devota ac filiali voluntate reſpondentes, etiamſi caſu, dummodo honeſto contingente, veſtri regiminis renunciaverit labori, ſupra dicta omnia, videlicet: Molendinum, triticum & duas pernas ſingulis annis ei conceſſeritis ipſam officinam cum omnibus ad ſe pertinentibus, & unius Monachi præbendam eius adminiſtrationi, quoad vixerit, ſive præſit, ſeu private vivat, unanimi conſenſu commendantes. Petiſtis etiam, ut hoc ipſum quoniam prudentum virorum conſilio factum eſt, & dilectorum filiorum Sanctæ Crucis Ciſtertienſis ordinis & Gotweich Abbatum & Præpoſiti Sancti Hypoliti munitum, noſtra quoque auctoritate confirmetur. Nos vero, cum officii noſtri ſit, iuſta & rationabilia petentium, maxime ubi de Servorum Dei cura & proviſione agitur, preces clementer admittere, multo magis eis proſpicere tenemur Eccleſiis & clementiori favore manutenere, quæ immediate ad Romanam ſpectant Eccleſiam, ſperantes in Domino quod & ipſi propenſiori ſtudio in orationibus ſuis coram Domino noſtri ac Romanæ Eccleſiæ in bonum memores exiſtant. Quapropter circa vos & locum veſtrum in omnibus clementius agere volentes, hoc, quod jam dicti Abbatis ſollicitudo veſtræ providit neceſſitati, & illud, in quo eius labori veſtra reſpondet devotio in Romanæ ſedis recipimus protectionem Dei & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac noſtra in perpetuum auctoritate confirmantes. Verum ne tam boni operis novella plantatio alicujus rei periclitetur incurſu, contra omnes impetus, quos mutatio rerum generare ſolet, paternæ providentiæ manum opponentes prænominato Abbati iam dictæ officinæ adminiſtratio- Anno 1216.

 nem

nem tempore vitæ suæ indulgemus, sive Abbatiæ præsit, sive Deo vacare volens à cura regiminis elegit exonerari. Et quoniam contra eos, qui quotidie mundo ad deteriora inclinante emergunt casus, vix abundans sufficit cautela; Te dilectissime fili Leupolde nobilis Dux Austriæ & Styriæ ac Filiis tuis, qui tam æquitate morum, quam terrenarum hæreditate rerum Deo dante Tibi successuri sunt, in remissionem peccatorum injungentes monendo rogamus districte per Apostolica scripta mandantes, ut quod præsentis paginæ continentia Dei ac nostra confirmavimus auctoritate, Tu temporalis potentiæ gladio manu teneas & defendas. Si quis autem contra hanc nostræ confirmationis protectionem agere præsumpserit, sive iam dictum Abbatem in concessis sibi gravando, vel ea, quæ ad procurationem infirmorum provisa sunt, auferendo, sive minuendo, Dei & Beatorum Apostolorum Petri ac Pauli, & nostra auctoritate excommunicatus, atque à corpore & sanguine Christi separatus, non per condignam satisfactionem emendaverit, in die judicii æternæ gehennæ tradatur ignibus cruciandus. Datum Perusii 6. Kal. Junii Pontificatus nostri anno nono decimo. Arch. Mell. Tom. I. Num. 173. folio 336. Hæc bulla est ab Innocentio Papa II.

Num. 4. Anno 1217. Liupoldus Dei gratia Dux Austriæ & Styriæ. Omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Licet omnium Sacrarum Ecclesiarum Dei statum teneamur, & velimus, in quantum possumus, utiliter custodire, tamen ad promotionem Sacrosanctæ Medlicensis Ecclesiæ tanto amplius & devotius, & specialius ex affectione Parentum nostrorum novimus commendatam. Sciant ergo cuncti, quorum fidei hoc scriptum ostensum fuerit, Dominum Duringum de Ratelberge à Monasterio Medlicensi XL. marchis argenti perceptis advocatiam in Landfridstetten, qua per nos erat infeudatus, & ius quoddam, quod dicitur Marchfuter, & aliud, quod dicitur Purchwerchs in manus nostras sponte & libere resignasse &c. Huius rei testes fuerunt: Dietpoldus Marchio. Martquardus de Hintperch. Rudolfus de Potendorf. Hainricus Marschalcus. Rudolfus de Pyla. Heinricus de Meinberch. Leutoldus de Hohenstaufe. Ulricus de Zelkinge. Chunradus de Husel. Otto de Anzenberge. Hartungus de Salchendorf, Ministeriales huius Ecclesiæ. Bernhardus Miles de Mölk. Wolframus miles de Chuffarn. Chalochus miles de Mölk, & de eodem loco Hugo. Acta sunt hæc A. incarnationis Domini M. CC. XVII. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 143. fol. 270.

Num. 5. Anno 1217. In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis amen. Ea, quæ apud homines geruntur, facillime oblivioni traduntur &c. *Facta est transactio inter Monasterium Mell. & Dominum Hadmarum propter advocatiam in Zedemaringen.* Huius rei fuerunt testes: Meinhardus iudex de Ymzinstorff. Dominus Dietericus Swanz. Dominus Otto de Worincz. Hartwicus Ganslein. Perchtoldus de Wolfstain. Chunradus de Monte. Bernardus & Rudolphus Ministeriales Ecclesiæ. Actum est autem hoc anno Incarnationis Domini 1217. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 577. folio 982.

Anno 1219. Honorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati de Crembsmünster, & de domo Sancti Floriani, & de Ardakkar Præpositis Pataviensis diæcesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Exhibita nobis dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Medlicensis petitio patefecit, quod V. de Draskirchen & H. de Medlico plebani Patavienfis diæcesis, super quodam

censu

cenſu & rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis, facientes, quod ſtatueritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari; Præviſo ne cenſus ipſe contra Lateranenſis ſtatuta Concilii ſit impoſitus vel adauctus. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnibus his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm ea nihilominus exequantur. Datum Romæ apud S. Petrum X. Kal. Maji Pontificatus noſtri Anno tertio. Arch. Mell. Tom. I. Num. 50. fol. 92. *Iſte eſt Honorius Papa III.*

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Ego Heinricus de Medilikko Dei gratia id, quod ſum, univerſis Chriſti fidelibus præſentem paginam inſpecturis Salutem cum vero ſalutari. Cum mens noſtra nihil capiat, quin deleat illud ætas, eſt mentis ſcriptura fidele ſigillum. Ea propter tam præſentium, quam futurorum notitiæ ſimul & memoriæ volumus præſenti ſcripto inculcare, quod ad minus bonam quorundam hominum noſtrorum ſuggeſtionem aſſerentium de vinearum decimis in monte iuxta Saehenawe conſtitutarum ab Epiſcopo Patavienſi nos eſſe infeudatos, decimas easdem aliquamdiu detinuimus occupatas. Verum luce clarius nuper comperimus, nec Epiſcopum Patavienſem, nec nos aliquid juris in eisdem habere decimis, ſed ipſas ad ius parochialis Eccleſiæ in Dræskirchen indubitanter pertinere. Quare cum animæ ſalus ſit omnibus præferenda, in animæ noſtræ periculum nolumus eas contra conſcientiam ulterius detinere, neque noſtris hæredibus ſive ſucceſſoribus volumus ex ipſarum iniuſta detentione præbere viam & occaſionem delinquendi, beati Auguſtini auctoritatem attendentes, qua dicit: non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Et illud Evangelicum: Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur. Cum ergo, prout cottidie fide occulata videmus, vel rari, vel nulli hæredes, & ſucceſſores ſoleant reſtituere poſſeſſiones ad ſe devolutas, licet ſciant eas à defunctis male acquiſitas, putantes ſibi titulum ſucceſſionis qualemcunque abſque bona fide ſufficere ad excuſandas excuſationes in peccatis: Propterea hæredibus noſtris, ſive ſucceſſoribus omnem excuſationem & materiam circa prædictas decimas peccandi prorſus amputamus, & in hac pagina, cui ſigillum noſtrum appoſuimus, publicè coram Deo, & teſtibus ſubnotatis confitemur, nos nullum ius in ſæpedictis habere decimis, & Eccleſiæ in Dræskirchen ſuum ius plene in eisdem recognoſcimus; de ablatis hactenus veniam, primum à Deo, deinde à Sanctis, in quorum honorem præfata dedicata eſt Eccleſia, devote, ac humiliter poſtulantes. Teſtes: Marquardus Plebanus de nova Civitate. Waltherus Rebanus de Gumpoldeskirchen Herbordus Plebanus de Walthersdorff. Gotſchalchus Plebanus de Mediliko. Magiſter Albertus de Niwenmarchet. Chunradus Plebanus de Pirpach. Heinricus Plebanus de Aſparn. Ulricus Sacerdos de Paden. Herbordus Sacerdos de Luitbatſtorf. Gotfridus Sacerdos de Salichenowe. Layci: Marquardus & filii ſui. Heinricus de Prunne, & filius eius Sigfridus Marſchalcus de Mediliko. Rudgerus Pincerna. Eberhardus de Swabdorf. Seyfridus de Manſwerde. Wippoto de Dreskirchen. Rudgerus de Gundramſtorf & frater eius. Dietricus Wiennenſis, Schutwirfel Erlolfus. Acta ſunt hæc

Anno 1220.

In hoc Originali à coæva manu hæc ſu-

perscriptio conspicitur: litere principis inestimabilis Sanctitatis. hæc anno Domini 1220. Indict. VIII. VI. Idus Julii. Data in Gumpoldeskirchen per manus Waltheri Plebani de Gumpoldeskirchen tunc Notarii. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 408. folio 756.

Num. 7. Anno 1221. Anno 1221. Ulricus Pataviensis Episcopus à mari rediens in itinere moritur. Pro quo Anno 1222. Gebehardus omni morum honestate præditus Episcopus canonicè Pataviæ instituitur. Chron. Mell. M. S. de hoc anno.

Anno 1225. Honorius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Salzburgensi, Episcopo Kimensi, & dilecto filio Præposito Salzburgensi Salutem & Apostolicam benedictionem. Dilecti filii. Abbatis Monasterii Medlicensis precibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ea, quæ de bonis ipsius Monasterii alienata illicite inveneritis, ac distracta, ad jus & proprietatem ipsius legitime revocetis, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrûm ea nihilominus exsequantur. Datum Laterani II. Non. Novembris. Pontificatus nostri anno nono. Archiv. Mell. Tom I. Num. 183. folio 347.

Num. 8. Anno 1227. Omnibus Christi fidelibus præsentibus & futuris. Waltherus Dei gratia Abbas de Medlico Salutem in Christo. Cum nonnulla negotia, ne ex vetustate temporis à memoria labantur humana, & voce testium & confirmatione scripturæ soleant roborari, ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod decimas in Chunendorf, quas Gotfridus Schwabl tenebat à nobis in feudo, Hermano fratri ipsius Gotfridi, & uxori suæ Benedictæ titulo feudali concessimus sub hac lege, ut si filios simul generaverint, Hermanni Filii, ut iustum est, habeant has decimas in feudo, sed si non habuerint filios, una tantum filia, si quam habuerint, in his decimis habendis iure feudali succedat eisdem. Si vero nec filium nec filiam pariter habuerint, tunc post obitum Hermani iam dicti, præfata uxor eius Benedicta has tenebit decimas ad tempora tantummodo vitæ suæ, & ea defuncta ad Ecclesiam nostram Medlicensem præfatæ decimæ libere revertentur. Et notandum, quod si prædicti Hermanus & uxor eius Benedicta non filios genuerint, sed tantum filiam, tunc post mortem Matris Benedictæ, illa filia has primum decimas possidebit, & ipse quidem Hermanus pro huiusmodi infeudatione sibi facta à nobis, dedit nobis XXXM. argenti, ut igitur ista maneant inconvulsa duplicem paginam Domini nostri Liupoldi Illustris Ducis Austriæ & Styriæ & nostri simul impressione sigilli, nam & hæc in ipsius Domini nostri Ducis præsentia acta esse noscuntur, fecimus consignari &c. Huius rei testes sunt: Conradus Comes de Hardekk. Otto tunc Advocatus. Hadmarus & Heinricus de Chunringe. Henricus de Zebinge. Ulricus Marschalcus Struno. Irnfridus de Hintberg. Ulricus de Wolfgerstorff. Heinricus de Prunne. Albero Pincerna de Grimmenstain. Berchtoldus Dapifer de Emberberch. Gerardus de Grumpach. Et alii plures. Actum Wiennæ Anno Domini M. CC. XXVII. Indict. XVI. X. Kal. Julii. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 24. fol. 38.

Num. 9. Anno 1229. In nomine Domini Amen. Ego Leutoldus Dei gratia Comes de Pleygen significo omnibus &c. *hic donat Monasterio Mellicensi curiam in Rasenveld.* Præsentibus Domino Chunrado Comite Patruo meo, & Domino Heinrico de

de Chunringen, tunc temporis Rectore totius Auſtriæ, & Ulrico de Sichtenberg. Ottone de Randeke. Chunrado Iſenpütl. Ottone de Sohe. Rudigero, qui dicitur Voigt; Engilſchalco de Hünen &c. Huius facti teſtes ſunt hi: Comes Chunradus de Pleigen &c. Bernardus de Puſenberge, Hadmarus de Frundeſperge. Heinricus Dapifer. Otto de Prüle. Chunradus, & Albero Fratres de Mower. Rudigerus de Rute. Data in Hardek Anno Domini 1229. V. Kalendas Aprilis Indict. II. Archiv. Mellic. Tom. I. Num. 380. folio 704.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Abbati Medlicenſi Salutem & Apoſtolicam benedictionem. In noſtra conſtitutus præſentia nobis humiliter ſupplicaſti, ut, cum Monaſterium tuum ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinens propter nimiam vetuſtatem minetur manifeſte ruinam, & ad reparationem ipſius proprie non ſufficiant facultates, pro eo maxime, quod cum ſit in ſtrata publica conſtitutum, illud tranſeuntibus expoſitum eſſe oportet, & hoſpitalitatem in ipſo continuo exerceri: tibi concedere dignaremur, ut Eccleſiam de Ravelſpach, in qua Monaſterium ipſum Jus obtinet Patronatus, poſſes pro eius reparatione usque ad conſummationem operis retinere. Nos igitur annuentes tuis devotis ſupplicationibus, & tam ad idem Monaſterium ne corruat, quam ad hoſpitalitatem, ne pereat in eodem, pium reſpectum habentes, devotioni tuæ auctoritate præſentium indulgemus, ut fructus eiusdem Eccleſiæ poſſis per quinquennium in reparationem convertere Monaſterii ſupradicti. Miniſtris ipſius Eccleſiæ de proventibus eius proviſione congrua reſervata. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Reate IV. Kal. Maji. Pontificatus noſtri anno ſecundo. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 367. fol. 773. Anno 1229.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio nobili viro Duci Auſtriæ Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Antiqui hoſtis invidia ad Chriſti deſiderabilia manum mittens, divinum cultum in locis Deo dicatis nititur impedire, dum Rectores Eccleſiarum ſua calliditate circumvenit, ut eorum bona dilapidare præſumant, quibus deficientibus deficiant & miniſtri, ac per conſequens Dei cultus ceſſantibus ſervitoribus annulletur. Si quando ergo Eccleſiaſticæ perſonæ revocare laborant Eccleſiarum ſuarum bona, quæ alienata noſcuntur, decet viros potentes & nobiles divinum obſequium diligentes, eis favorem & auxilium impertiri; cum plerumque talium interventu bonorum huiusmodi detentores ad reſtitutionem facilius inducantur. Cum itaque dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii Medlicenſis ad Romanam Eccleſiam immediate ſpectantis intendant, ſicut aſſerunt revocationi alienatorum bonorum eiusdem Monaſterii, quod ob culpam quorundam prædeceſſorum ſuorum per dilapidationem in temporalibus, & ſpiritualibus dicunt graviter diminutum, & tuum ſit eis ad hoc ſuffragium opportunum. Nobilitatem tuam monemus & hortamur in Domino in remiſſionem peccaminum iniungentes, quatenus cum dictum Monaſterium fundatum dicatur à tuis progenitoribus & dotatum, propter quod eo amplius in hoc aſſiſtere debes eidem, quo tibi eſſet indecentius, ſi illud deſtitui progenitorum tuorum beneficiis ſuſtineres. Pro Deo & pro noſtra Anno 1230.

ſtra reverentia ac tuæ ſalutis obtentu eisdem Abbati & Conventui ſuper hoc congruum favorem, conſilium & auxilium largiaris, & alias ipſum Monaſterium, ſicut te decet, habeas propenſius commendatum; ita quod in hoc & aliis tuo patrocinio interveniente proficiat, & tu divinam exinde gratiam merearis. Datum Peruſii. Kal. Februarii. Pontificatus noſtri anno tertio. Archiv. Mellic. Tom. I. Num. 184. folio 347.

Num. 10. Anno 1231. Fridericus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ. Omnibus præſentem paginam inſpecturis Salutem. Declarare volumus omnibus, quod Henricus de Chunringe propter damna gravia, quæ frater ſuus Hadmarus beatæ memoriæ cum ſuis in tempeſtate bellorum ſævientium intulerat Monaſterio Medlicenſi & ob ſuorum fratrisque ſui, & anteceſſorum ſuorum remiſſionem peccatorum, loco & vice ſuorum coram nobis ceſſit liti &c. differentia erat de quadam curia in Haindorff, quæ cum certis conditionibus Domino Heinrico de Chunringen fuit adiudicata; hæc curia fuit Monaſterio Medlicenſi à nobili viro Voyt Friderico de Perge olim legata. Teſtes etiam huius rei ſunt: Luiprandus Archidux Carinthiæ. Luipoldus Domini Papæ ſubdiaconus. Otto tunc advocatus. Otto de Perchtoldſtorff. Otto de Ottenſtain. Erchinbertus de Streitweſen. Ortolfus & Albertus de Bonenberch. Willehalmus de Perſenpewge. Ottakarus de Graicz. Otto de Muwerbach. Ulricus de Grünenberch. Datum anno Domini M. CC. XXXI. In Gevella IV. Non. Novemb. Arch. Mell. Tom. I. Num. 121. folio 222.

Num. 11. Anno 1231. Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Jeruſalem & Siciliæ Rex. Per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis Imperii fidelibus tam præſentibus, quam futuris. Quod Waltherus Abbas Medilicenſis Monaſterii fidelis noſter, Celſitudini noſtræ humiliter ſupplicavit, quatenus ipſum Monaſterium ſuum, Fratres, homines, & omnia bona ſua, ſub noſtra, & Imperii protectione recipere, & tam iura, quam libertates ac bona, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, vel inantea iuſto titulo poterit adipiſci, de noſtra dignaremur gratia confirmare. Nos autem ſuis iuſtis ſupplicationibus benignius inclinati, prædictum Abbatem cum eodem Monaſterio Medilicenſi, Fratribus, hominibus, & omnibus bonis eiusdem Monaſterii, ſub noſtra & Imperii protectione recipimus ſpeciali. Confirmantes ſibi de innata munificentiæ noſtræ gratia, tam iura, quam libertates, & bona, quæ in præſentiarum dictum Monaſterium Medilicenſe rationabiliter habere dignoſcitur, vel in antea iuſto poterit titulo adipiſci. Præſentis ſcripti auctoritate mandantes, quatenus nulla perſona, ſit ſublimis, vel humilis, Eccleſiaſtica, ſeu mundana, quæ iam dictum Monaſterium contra huius protectionis, & confirmationis noſtræ paginam moleſtare præſumat &c. Huius quoque rei teſtes ſunt: B. Patriarcha Aquilegenſis. . Medeburgenſis. . Ravennas, & B. Panormitanus Archiepiſcopi. G. Babinbergenſis, S. Ratisbonenſis, Imperialis aulæ Cancellarius, Wormacienſis, & N. Regnius Epiſcopi. A. Dux Saxoniæ. O. Dux Meraniæ. B. Dux Karinthiæ. Comes H de Hortenberch, . . Comes de Naſſowe. Warnerus de Bolandia, . . Comes Chonradus de Hohenloe, & alii quam plures. Datum in Civitate Ravennæ A. Dominicæ Incarnationis M. CC. XXXI. Menſe Januarii V. Indictione. Archiv. Mell Tom. I. Num. 168. folio 328.

Num. 12. Anno 1231. Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Priori

de

de Zwetl & Decano de Chrems Patav. Diæceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Conqueſtus eſt nobis H. Plebanus Eccleſiæ Medlicenſis, quod cum Eccleſiam ipſam per Abbatem Monaſterii Medlicenſis, prout ſpectat ad ipſum, canonice ſit adeptus, H. de Rauchenek, nobilis vir H. dictus Dux Medlicenſis, & quidam alii Patavienſis diæceſis ipſum, quo minus valeat eiusdem Eccleſiæ pacifica poſſeſſione gaudere, impediunt iniuſte, alias injurioſi exiſtentes eidem plurimum & moleſti. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis cauſam, & appellatione remota fine debito terminetis facientes, quod ſtatueritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm ea nihilominus exequantur. Datum Laterani 13. Kal. Maji Pontificatus noſtri anno quarto. Arch. Mell. Tom. I. Num. 253. fol. 471.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem, & Siciliæ Rex. Per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis Imperii fidelibus &c. Quod Waltherus Abbas Medlicenſis fidelis noſter noſtræ Celſitudini ſupplicavit, quatenus ſententiam latam, ſecundum conſuetudinem terræ inter eundem Abbatem, & Seyfridum de Chalchawe ſuper quæſtione inſimul habita coram Heinrico de Chunring, tunc temporis Rectore Auſtriæ de bonis in Raſenveld quæ idem Abbas emerat à Comite de Playen &c. Datum Ravennæ anno Dominicæ incarnationis 1231. menſe Januario IV. Indict. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 379. fol. 703. Num. 13. Anno 1231.

CAPUT III.

Tabulæ Mellicenſes cum quarundam Synopſi hiſtorica ab anno 1232. usque ad 1258.

Waltherus Dei gratia Abbas cum toto Medlicenſi Collegio. Omnibus hanc paginam inſpicientibus &c. quod nobilis Vir Otto de Perchtoldſtorff de conſenſu hæredum ſuorum dedit & tradidit libere Eccleſiæ noſtræ prædium ſuum in Perchtoldſtorff &c. Sed &, ut hæc omnia permaneant inconvulſa, Dominus noſter Fridericus Illuſtris Dux Auſtriæ & Styriæ, & nos, & pariter ipſe Otto ſigilla ſua huic paginæ appenderunt &c. Datum in Medlico II. Kal. Sept. Anno Domini 1232. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 309. fol. 572. Num. 1. Anno 1232.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri Chimenſi Epiſcopo, & dilecto filio Præpoſito Pragenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sic venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Patavienſem decet uti officio Paſtorali, ut Deum & homines in iuſtitia non offendat, ſed potius conſervet illæſos, & illos maxime, quos ſpecialiter noſcit ad Romanam Eccleſiam pertinere, quibus præcipue adeſſe in ſuo iure debemus: quamquam ſecundum Apoſtolum ſimus ſapientibus & inſipientibus in iuſtitia debitores. Conquerentibus ſiquidem dilectis filiis Abbate & Conventu Monaſterii Medlicenſis ad Romanam Eccleſiam nullo mediante ſpectantis nobis innotuit, quod cum ipſi ad vacantem Eccleſiam Sancti Martini Medlicenſem, cuius Anno 1232.

Patronatus ad eos pertinere dignoscitur Magistrum H. Clericum Pataviensis diæcesis dicto Episcopo canonice præsentassent, & arbitrium sequens propriæ voluntatis eundem Magistrum ad eandem Ecclesiam malitiose admittere recusavit, eam postmodum de facto, cum de iure nequiverit, cuidam alio Clerico conferendo in eorum grave præiudicium & gravamen. Quare dicti Abbas & Conventus nobis humiliter supplicarunt, ut quod in eorum iuris iniuriam taliter est præscriptum, revocare de benignitate sedis Apostolicæ dignaremur. Licet autem id facere possemus de plenitudine potestatis, quia tantum eidem Episcopo deferre volumus in hac parte, ipsum rogandum duximus & monendum nostris sibi dantes litteris in mandatis, ut, si est ita, provide revocet per se ipsum, quod si super hoc minus provide in eorum præiudicium temere attemptavit. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si dictus Episcopus mandatum nostrum super hoc adimplere neglexerit, vos vocatis, qui propter hoc fuerint evocandi, & auditis hinc etiam propositis, quod canonicum fuerit, appellatione postposita statuatis, facientes, quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Testes vero, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram Ecclesiasticam appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Datum Reate 5. Idus Januarii. Pontificatus nostri anno quinto. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 254. fol. 472.

Anno 1234. Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Episcopo Pataviensi Salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monasterii Medlicensis ad Sedem Apostolicam immediate nostris fuit auribus intimatum, quod, cum olim Artungus clericus Pataviensis diæcesis Ecclesiam Sancti Martini de Mecliko eiusdem diæcesis ad eorum Monasterium de iure spectantem cum capellis & aliis pertinentiis suis auctoritate G. quondam Pataviensis Episcopi quorundam fultus laicorum potentia, nequiter occupasset, nos eidem Episcopo nostris dedimus litteris in mandatis, ut quod per eum de huiusmodi occupatione iniuste actum fuerat, revocaret, & Venerabili Fratri nostro Episcopo Chimensi suoque Collegæ nihilominus iniungentes, ut eodem Episcopo id efficere negligente, ipsi super hoc mandatum Apostolicum exequi procurarent: Sed Episcopo interim prædicto cedente, executores, ne prædictorum Laicorum offensam incurrerent, mandatum nostrum exequi timuerunt. Cumque postmodum præfati Abbas & Conventus tibi hæc omnia retulissent, tu visis eorum rationibus, & super hoc de iure Monasterii & partis alterius sufficienter instructus ad eos dictam Ecclesiam cum Capellis suis de iure asserens pertinere, quod super his à dicto Episcopo improvide actum fuerat, provide recusasti, dans Sancti Hippolyti & S. Andreæ Præpositis in mandatis, ut sacerdotes, qui in præfata Ecclesia & Capellis ipsius excommunicati celebrabant, ex eis eiicerent, & ipsos excommunicatos publice nuntiarent, ac per alios Capellanos in eis à prædictis Abbate & Monachis institutos inibi divina facerent officia celebrari. Sed iidem Præpositi Deum minus quam homines reverentes, metu sæcularis potentiæ super hoc noluerunt, quod mandaveras, adimplere. Quare præfati Abbas & Conventus, qui nondum super his suam potuerunt iustitiam consequi, sibi supplicarunt per sedem Apostolicam sibi provideri. Verum quia indignum esse dignoscitur, ut dictus Clericus in rebus

bus Eccleſiaſticis taliter debachetur, ac validius, quod ſuper hoc à te factum eſt, tua potes auctoritate defendere, & præfati clerici malitiam coërcere, fraternitative per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, prudenter advertens, quod tutius eſt, hominis iram incurrere, quam contra ſe iram Domini provocare per te ipſum, quod ſuper hoc dictis Præpoſitis diceris demandaſſe, ſicut convenit, exequaris; ita quod ex obſervata iuſtitia retributionem divinam merearis uberius, & nos pro accepta obedientia devotionem tuam non immerito commendare poſſimus. Datum Peruſii 2. Non. Novembris. Pontif. noſtri anno octavo. Arch. Mell. Tom. I. Num. 256. fol. 475.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio nobili viro Duci Auſtriæ Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex magna ſibi Deum reddit devotione propitium, qui pia loca de ſuis bonis inſtituit, & eis multa pro vita laudantium Dominum ſuſtentanda concedit, merito enim illi favor divinus in Cælis acquiritur, cuius ſtudio in terris Cælorum Dominus iugibus laudibus exaltatur. Porro non minus à Deo conſequitur, qui Monaſteriis, ne deſtrui valeant, vel ut collapſa reſurgant, ſui præſtat auxilii fulcimentum, quia, qui firmat ruentia, deſtructaque reficit, eo laudabilior creditur, qui primi operis fundamenta conſtruxit. Accedens ſiquidem ad præſentiam noſtram dilectus filius Abbas Monaſterii Medlicenſis ad Sedem Apoſtolicam immediate ſpectantis, nobis expoſuit, quod Monaſterium ipſum, quod à tuis Progenitoribus fundatum exſtitit & dotatum, tum faciente malitia temporis, tum dilapidatione quorundam prædeceſſorum ſuorum ſeu negligentia procurante ſpiritualis deformationis diſpendia patitur, & amiſſorum damna temporalium non modicum aggravatur, propter quod, cum & dictum Monaſterium reformare, & ad ipſum alienata revocare proponat, nobis humiliter ſupplicavit, ut Te, quod ei ſuper hoc auxilium & conſilium præbeas, noſtris dignaremur litteris exhortari. Verum cum te deceat prudenter advertere, quod non minorem in Eccleſiarum ſuſtentationem, quam in fundatione tui prædeceſſores habuerunt, à Deo poteris gratiam obtinere. Nobilitatem tuam rogamus, monemus attente, & tibi in remiſſionem iniungimus peccatorum, quatenus eidem Abbati, ut ipſius poſſit propoſitum tam laudabile perfici, ſic tuum auxilium & conſilium ſtudeas impertiri: Sic in aliis Monaſterium ipſum tuo favore foveas, & ab iniquorum perturbatione defendas, quod ex hoc retributionem divinam valebis uberius promereri, & nos ſinceritatem tuam dignis poſſimus in Domino laudibus commendare. Datum Peruſii II. Non. Novembris. Pontificatus noſtri anno octavo. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 187. fol. 353.

Anno 1234.

Fridericus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ, & Dominus Carniolæ &c. Quoniam ea, quæ piis locis à Chriſti fidelibus conferuntur, publicis roborari expedit documentis, ne à poſteris in irritum valeant revocari. Idcirco ad notitiam omnium cupimus pervenire: quod nos Monaſterio Mellicenſi recognoſcimus plenum ius eligendi Clericum, & etiam præſentandi in Eccleſia S. Martini parochiali, quæ dicitur Medlikh in prædictis nullum nos ius, aut poteſtatem aliquam profitentes habere &c. Et hi ſunt teſtes: Albertus Comes de Bogen, Anſelmus nobilis vir de Juſtingen, Leuprandus Archidiaconus Carinthiæ, Perchtoldus de Treun Marſchalcus, Perchtoldus de Emberberckh dapifer, Gundakharus de Storchenberch, Dietricus, & Ortolphus

Num. 2. Anno 1236.

 de

de Volkenstain, Albertus de Nuzberg, Ulricus de Chienberkh, Cholo de Vronhoven, & alii multi plures. Datum apud novam Civitatem III. Idus Novembris Anno Domini 1236. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 250. folio 466.

Num. 3. Anno 1242. Fridericus Dei gratia Dux Austriæ & Styriæ, & Dominus Carniolæ. Omnibus hanc litteram inspecturis Salutem. Cum propter communis belli turbinem, quod per districtum nostri Dominii sæviebat, diversi diversa Monasteria & Ecclesias, enormiter offendissent, Otto Ministerialis noster de Ottenstain, qui in multis læserat Monasterium Medlicense, cum aliter satisfacere non posset, eidem dimidiam partem lignorum, iuxta castrum quod dicitur Schala, & quædam alia bona sua nobis publice resignavit. Quia & nos consueta gratia & favore, quo commoditatibus Ecclesiæ Medlicensis semper intendere volumus cum effectu, tradidimus Monasterio supradicto &c. Præsentem litteram sigillo nostro in evidens testimonium fecimus roborari, testibus idoneis subnotatis, videlicet: Heinrico de Prunne, Cholone de Fronhoven, Ulrico de Chirchlinge. Wolfkero de Parawe, Ottone de Walchunschiren Cammerario, Magistro Ulrico de Kirchberg Archidiacono Austriæ, Gotschalco Plebano de Holabrunne, & aliis quam pluribus. Acta sunt hæc apud Neunburk Anno 1242. Datum in Castris apud Weikinstorff. IV. Non. Octob. Arch. Mell. Tom. I. Num. 409. fol. 758.

Anno 1243. Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri Episcopo Pataviensi Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum, sicut ex insinuatione dilecti filii nobilis viri ducis Austriæ accepimus, per merita Beati Colomanni Martyris, cuius corpus in Austria sub veneranda custodia conservatur, dominus noster multa miracula operetur præsentium tibi auctoritate mandamus. Quatenus si prædictus Martyr canonizatus per Apostolicam sedem extitit ipsius Festum per totam Austriam, & adiacentes provincias facias solemniter celebrari. Datum Laterani VI. Idus Maji Pontificatus nostri anno primo. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 174. fol. 338. *Iste est Innocent. P. IV.*

Anno 1244. Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis S. Crucis de Zwetl & de Ranæ Abbatibus Cistertiensis ordinis Salisburgensis & Pataviensis diæcesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Dilectus filius nobilis vir Dux Austriæ nobis humiliter supplicavit, ut cum ipse corpus Beati Colomanni Martyris desideret sub veneranda custodia conservari, ipsum transferre ad aliquem locum, ubi Episcopatum in terra sua creari contingeret, paterna sollicitudine curaremus. Gerentes itaque de circumspectione vestra fiduciam in Domino pleniorem discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus inquisita super hoc, & an id expediat fieri, diligentius visitate, nobis, quæ inveneritis, vestris litteris fideliter intimetis, ut exinde, quod expedire videremus, disponamus. Quod, si non omnes iis exequendis poteritis interesse, duo vestrûm ea nihilominus exequantur. Datum Lugduni VIII. Idus Martii. Pontificatus nostri anno secundo. Archiv. Mell. Scrinio 3. fasc. 9. *Iste est Innocent. Papa IV.*

Num. 4. Anno 1251. Universis Christi fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, ad quos præsens scriptum pervenerit, innotescat, quod ego Perchta de Schala ob remedium animæ beatæ memoriæ dilecti mariti mei Ottonis, Claustro in Medlico mansum unum in Ladendorff libere delegavi &c. Huius rei testes sunt: Marquardus Prior supradicti loci, Swikerus plebanus in Lostorff, Chunradus Tyem-

Tyemnige, Otto Geuſchlo, Otto de Raſtenvelde, Chunradus de Chuffarn, Gerungus Holzman, Heinricus Suevus, Heinricus de Rædel, Waltherus Pinner, Otto de Horpach, Heinricus, & tres Fratres ſui de Sweinwart, Chunradus de Anzendorff cum duobus filiis ſuis, & alii quam plures. Anno Incarnationis Dominicæ M. CC. LI. In Epiphania Domini ſunt hæc acta. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 153. folio 287.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Univerſis præſentem paginam inſpecturis notum eſſe volumus; quod nos Heinricus de Sevelde caſtrum noſtrum Sevelde &c. Per hos arbitros, Dominum ſcilicet Hainricum Præpoſitum Hypolitenſem, & Dominum Hadmarum de Schönnberch ex parte Domini Ortolfi Abbatis Medlicenſis electos: Ex noſtra vero per Dominum Hadmarum de Werde, & Dominum Hainricum de Merswanch à dicta parochia taliter eximimus &c. Facta ſunt igitur hæc præſente Domino Ottone Venerabili Patavienſi Epiſcopo eiusdem negotii præcipuo aſſeſſore &c. Et ut huiusmodi Exemptio inviolabilis, & inconvulſa permaneat, dicti Domini Ottonis Epiſcopi Patavienſis, ac ſubſcriptorum Prælatorum: Domini Heinrici Abbatis de Gottwico, Præpoſiti Chunradi Neunburgenſis, Præpoſiti Hainrici Hypolitenſis, Domini Ortolfi Abbatis Medlicenſis, ſuique Conventus &c. Addimus etiam nomina cæterorum teſtium geſtæ rei. Scilicet: Magiſter Gotfridus, Archidiaconus Canonicus Patavienſis teſtis & Aſſeſſor, Dominus Poppo Vice-Dominus Patavienſis, Dominus Hermannus de Winspach Canonicus Ratisbonenſis, Dominus Albertus Monachus de Medlico, Dominus Sweikerus Decanus de Loſtorff, plebanus de Stregen, Dominus Hadmarus de Schönberg, Dominus Hadmarus de Walchenberch, Dominus Seyfridus Orphanus, Dominus Hadmarus de Werde, Dominus Pilgrimus de Swarzenaue, Dominus Heinricus de Merſwanch, Dominus Ulricus de Capelle, Dominus Ulricus de Vichhofen, Dominus Chunradus de Puchperch, Dominus Ramungus de Lengenveld, Dominus Pilgrimus Zulle de La, Hainricus de Melot, Otto de Hairoz. Datum in ſancto Hypolito Indict. XII. Anno Domini 1254. VII. Kalend. Novemb. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 426. folio 787. Num. 5. Anno 1254.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati, & Conventui Medlicenſi ad Romanam Eccleſiam nullo, ut dicitur medio, pertinentis, ordinis Sancti Benedicti Patavienſis Diæceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exigentibus devotionis veſtræ meritis votis veſtris libenter annuimus, vobisque à futuris gravaminibus, quantum cum Deo poſſumus, præcavemus. Veſtris igitur precibus inclinati auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut ad proviſionem alicuius in beneficiis Eccleſiaſticis, vel penſionibus per Apoſtolicæ Sedis, vel legatorum ipſius litteras non teneamini nec compelli poſſitis, niſi eiusdem Sedis litteræ plenam & expreſſam fecerint de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Anagniæ XVII. Kal. Septemb. Pontificatus noſtri anno primo. Arch. Mell. Tom. I. Num. 176. fol. 340. *Iſte eſt Alex. P. IV.* Anno 1255.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Nos Otokarus Dei gratia Num. 6. Anno 1256.

gratia Dominus regni Boemiæ, Dux Auſtriæ, & Marchio Moraviæ magnificantem nos in terris mirifice Dei magnificentiam elevatam ſuper cælos non valentes attingere, humilibus ſaltem obſequiis complecti cupimus in puſillis ſuis &c. *Vi huius diplomatis Monaſterium Mellicenſe in multis rebus eximitur.* teſtium nominibus ſubnotatis, quorum nomina ſunt hæc: Philippus Venerabilis Archiepiſcopus Salzburgenſis, Otto Patavienſis, & Albertus Ratisbonenſis Venerabiles Epiſcopi, Otto Comes de Hardekke, Wernhardus Liber de Shoumberch, Albero & Henricus fratres de Chunringe, Albero Dapifer de Velzſperch, Heinricus de Seveld, Hainricus & Albertus Fratres de Lichtenſtain, Otto de Haslawe, Syfridus & Chadoldus orphani fratres, Hadmarus & Rapoto fratres de Valchenberkch, Otto de Myſſowe, Chunradus de Hintperch, Heinricus pincerna de Houspach & frater ſuus Ulricus, Heinricus Dapifer de Griſchenſtain, Chunradus de Zekkinge, Otto de Pertoldſtorff, Albertus & Ludovicus fratres de Zelkinge, Heinricus de Lapide, Zmilo de Liuchtenburkch, Wilchellmus de Podebrat, Boneſlius Camerarius Moraviæ, Chuno Marſchalcus Moraviæ, Bocho de Raſenberch, Wichardus de Tyerna, & alii quam plures. Datum Wiennæ per manus Prothonotariorum noſtrorum, magiſtri Wilhelmi plebani de Butzbach, & Magiſtri Arnoldi plebani de Holabrunne. Anno Domini M. CC. LVI. IV. Idus Decemb. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 169. folio 329.

Num. 7. Anno 1257. Ortolfus Dei gratia Abbas Eccleſiæ Medlicenſis. Omnibus præſentem litteram inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Scire volumus univerſos præſentium inſpectores. Quod Domino Alberto militi de Wedlinge decimas noſtras in Ebersbrun & curiam in Naſchendorff obligavimus tali forma: &c. Acta ſunt hæc Anno Domini 1257. 15. Kal. Martii. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 522. fol. 972.

CAPVT IV.

Continuatio Integrorum Diplomatum cum excerptis ex Archivis Mellicenſibus ab Anno 1258. ad 1276.

Num. 1. Anno 1258. ORtolfus Dei gratia Medlicenſis Abbas &c. Scire volumus univerſos, quod ſuper tractatu reſignationis decimæ, quam Dominus Otto de Prunn à Monaſterio noſtro in feudo poſſidebat, à diſcretis & providis viris eſt taliter definitum. *Agitur hic de quibusdam innominatis decimis.* Ut apud Dominum Perchtoldum de Engelſchalsveld 30. talentis redimamus: &c. In huius igitur reſignationis teſtimonium & cautelam præſens ſcriptum noſtro, & Domini Ulrici plebani de Prukk, Domini Ottonis prædicti de Prun, Domini Heinrici de Lichtenſtain, & Domini Ottonis Turſonis, cum teſtibus ſubnotatis, ſigillo fecimus communiri. Teſtes Dominus Plebanus de Prukk, plebanus de Paden, Vicarius de Draskirchen, plebanus de Perchkirchen, Dominus Heinricus de Liechtenſtain, Dominus Otto Turſo, Hugo Sororius ſuus, Dominus Hayduricus de Paden, Dominus Otto miles Domini de Prunn, Dominus Otto Bavarus, Richerus de Prun & alii quam plures. Actum in Draskirchen Anno 1258. II. Idus Julii. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 320. folio 592.

Num. 2. Anno 1261. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, quod ego Marquardus de Alhartsperge dictus Preuhafen pro remedio animæ

meæ

meæ quendam Otacharum filium Reinbotonis cum hæredibus ſuis de Aſpach Eccleſiæ Medlicenſi tradidi pleno iure &c. Teſtibus, qui aderant ſubnotatis: Domino Ulrico de Lauſſenich, Chunrado de Gleuſſe, Purchardo de Ceſpite, Chunrado de Piberpach, Friderico Heſib, Ottone Heſib, Weichardo Heſib, Wigando Pauſs, Henrico de Piberpach, Dietrico Fabro de Aſpach, item alio Dietrico Fabro de Aſpach, & multis aliis probis viris. Datum in Sitanſteten XII. Kal. Aprilis Anno Domini M. CC. LXI. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 202. fol. 382.

Otto Dei gratia Eccleſiæ Patavienſis Epiſcopus, dilectis in Chriſto Fratribus Ortolfo Venerabili Abbati & Conventui Monaſterii Medlicenſis Salutem in Domino: Cum pietatis opera perſonis Deo devotis &c. *Iſte Epiſcopus incorporavit Monaſterio Mellicenſi parochiam in VVeikendorff.* Datum Patavii Anno Dominii M. CC. LXIV. V. Kal. Decemb. Præſentibus Domino Leone Venerabili Epiſcopo Ratisbonenſi, Poppone Decano Eccleſiæ noſtræ &c. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 477. fol. 878. Num. 3. Anno 1264.

Nos Otakarus Dei gratia Boëmiæ Rex, Dux Auſtriæ, Styriæ, ac Carinthiæ, Marchio Moraviæ, Dominus Carniolæ, Marchiæ, Egræ, portusque Naonis. Scire cupimus univerſos, præſentes litteras inſpecturos, quod privilegium felicis recordationis Ducis Friderici anteceſſoris noſtri, conceſſum beatæ memoriæ Walthero Eccleſiæ Medlicenſis tunc Abbati, non abolitum nec cancellatum &c. vidimus in hæc verba: &c. Datum Viennæ Anno Domini M. CC. LXIV. III. Non April. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 251. fol 468. Num. 4. Anno 1264.

Quæcunque cum tempore aguntur &c. Proinde Ego Syboto de Zekkingen omnibus præſens ſcriptum intuentibus, tam præſentibus, quam futuris eſſe volo notum. *traduntur quidam redditus in Ruprechtsdorff ad Eccleſiam S. Leonhardi.* cum ſubſcriptione teſtium, quorum nomina ſunt hæc: Ulricus de Pilhilſtorff, Otto de Arnſtaine, Ulricus de Vihofen, Hainricus & Chunradus Germani de Summerowe, Dominus Fridericus de Hauſeke, & filius ſuus Fridericus, Marquardus de Zinzendorff, & Otto filius ſuus, Albero & Chunradus de Scheurenberch, Otto de Perwart, Otto & Hainricus fratres de Liebek, Fridericus de Smibach, & alii plures. Actum Anno Domini 1265. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 429. folio 792. Num. 5. Anno 1652.

Otakarus Dei gratia Rex Boëmiæ, Dux Auſtriæ, & Styriæ, & Marchio Moraviæ &c. Cum Venerabilem in Chriſto Dominum Ortolfum Abbatem Monaſterii Medlicenſis. *Rex Ottokarus confirmat aliquam donationem Monaſterio Mellicenſi factam.* cum ſubnotatis teſtibus confirmamus. Teſtes: Andreas Cammerarius Caſtellanus in Praga, Hirzo Caſtellanus in Chlingenberg, & Gallus Pincerna Boëmiæ & alii quam plures. Acta ſunt hæc apud Budebins Anno Domini 1265. V. Idus Julii. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 410. fol. 760. Num. 6. Anno 1265.

Res geſtæ memoriam fugiunt hominum, niſi litteris alligentur. Proinde ego Henricus de Schawenberch, tam præſentibus, quam futuris conſtare cupio, quod Ulricus & Carolus fratres de Chirchperch, & Chalhohus patruus eorum prædium quod habebat in Eyzenſperg Domino Chunrado & Friderico fratribus dictis Eyſenpeute, & patruo eorum Chunrado vendiderunt &c. huius formæ teſtes ſunt, quorum hæc ſunt nomina: Bernhardus & Chunradus de Hæuslein Veüſchner, Carolus & Walchunus fratres de Weichſelbach, Hermanus de Schönenleütten, Albertus & Chunradus ſuus Patruus de Num. 7. Anno 1267.

Scheürnberch, Marchardus de Zinzendorff, Chunradus de Schönpuch, Syfridus Dens & Walchunus frater eius, Syfridus & Albertus Fratres de Hag. Datum Anno Domini MCC. LXVII. Arch. Mell. Tom. I. Num. 65. folio 118.

Num. 8. Anno 1269. Nos Otakarus Dei gratia Rex Boëmiæ, Dux Austriæ, & Styriæ, ac Marchio Moraviæ: Scire volumus universos præsentes litteras inspecturos, quod vir magnæ discretionis & honestatis Ortolfus Venerabilis Abbas Monasterii Medlicensis de sui Conventus conscientia & postulatione nobis quasdam litteras præsentavit, quas vidimus & examinari fecimus diligenter, & eas invenimus non cancellatas, nec abolitas, nec in sui parte aliqua vitiatas &c. Testes: Heinricus Comes de Hardek, Ulricus de Lobenstain, & filius suus, Gozo Judex de Chremsa. Otto & Patranus Cives Wiennenses, Otto Cammerarius de alto foro, Rugerus dictus Proschinch. Sidlo Notarius Domini Regis. Datum in Leutmaritz per manum Prothonotarii nostri Magistri Ulrici Canonici Pataviensis. Anno Domini M. CC. LXVIIII. IV. Nonas Martii Arch. Mell. Tom. I. Num. 163. fol. 306.

Num. 9. Anno 1270. Ego Dietericus de Weissenberch ad universorum tam præsentium, quam futurorum notitiam cupio pervenire &c. *Iste Dietericus de VVeissenberch dedit Monasterio Mellicensi curiam in Laytterek pro tribus feudis in Dirnhoven.* quæ & Ulricus de Winkel quondam à me feudi titulo possidebat. In cuius rei testimonium evidens, & cautellam, præsens scriptum sigilli mei fratrumque meorum Chunradi, & Georgii, ac Patrui mei Domini Weichardi de Ramstain, eiusdemque filii Gotschalci, nec non consobrinorum meorum Ortolfi de Ronperch, Ulrici de Rotenstain, & Friderici de Hausek sigillorum munimine volui roborari, cum testibus subnotatis, qui sunt: Dominus Albero de Scheürenberch, Hermanus de Schönleüten, Heinricus, Ulricus, Bernhardus filii eiusdem, Bernhardus der Heüsler de Domuncula, Marquardus, Otto filii eiusdem, & alii quamplures. Acta sunt hæc in Medlico Anno Domini M. CC. LXX. VIII. Idus Januarii. Archiv. Mellic. Tom. I. Num. 145. fol. 273.

Anno 1274. Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii Medlicensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis Sancti Benedicti Pataviensis Diocesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm à nobis petitur, quod iustum est & honestum, tam vigore æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus per Privilegia, seu alias indulgentias vobis & Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones Sæcularium exactionum à Regibus & Principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis seu Monasterio vestro indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem Monasterio auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lugduni XIII. Kal. Julii. Pontificatus nostri Anno tertio. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 177. folio 341. *Iste fuit Gregorius Papa X.*

Ego

Ego Stephanus de Meyssaw universis ac singulis tam præsentibus, quam futuris, hanc paginam inspecturis tenore præsentium notum esse cupio. *fit amicabilis compositio propter decimas in Ravelspach.* sigillo meo feci communiri, testibus, qui huic compositioni præsentes erant, subnotatis. Quorum nomina sunt hæc: Plebanus dictus Weychardus in Ramvolspach, Heinricus miles dictus Czink, Hermanus miles de Meyssaw, Weinhardus miles, & duo fratres sui de Direnbach, Otto miles de Coyndorff, Hertwicus dictus Lumphart, Rudolphus dictus Chern, & alii quam plures. Acta sunt in Ramvolspach Anno Domini M. CC. LXXV. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 375. f. 697. Num. 10. Anno 1275.

CAPVT V.

Eorundem Diplomatum ab Anno 1276. usque ad 1288. datorum excerpta Historico-Chronica.

Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat, & pereat, discretorum virorum prudentia solet eas per litteras æternare. Nos itaque Otto Elsabedis & Petussæ liberi Domini Ludovici quondam de Zelking scire volumus universos præsentium inspectores, quod quæstio super bonis sitis in Ochsenstrich Ecclesiæ scilicet Medlicensis attinentibus dudum ventilata, quæ Domino & Patre nostro superstite quasi interminabilis extitit, nunc demum de prudentum consilio sic per omnia est decisa. *hic fit decisio & compositio huius controversiæ.* cum testibus, qui huic decisioni intererant subnotatis. Qui sunt: Dominus Heinricus de Chünringen Marschalkus & Capitaneus Austriæ, Dominus Otto de Haslawe, Dominus Otto de Perchtoldstorff, Dominus Ulricus de Pilichdorff, Dominus Stephanus de Meyssawe, Dominus Luipoldus de Sagsengange, Dominus Bernhardus Hewslarius Ministeriales Austriæ. Dominus Otto de Mezlinstorff, Dominus Ortolfus de Meyssawe, Dominus Perchtoldus de Hadmarsdorff, Dominus Heinricus Thanel milites, Hertwicus dictus Lumphart & alii quam plures. Factum in Monasterio Medicensi Anno verbi incarnati 1276. III. Nonas Jan. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 300. folio 555. Num. 1. Anno 1276.

Nos Otto de Perchtoldstorff Cammerarius inclyti Regis Boëmiæ per Austriam. Ad universorum notitiam, quibus præsentium series innotuerit. *Vi harum litterarum Reversalium Dominus Gerungus Abbas Mellicensis præfato Domino Ottoni concedit quædam feuda in parochia Medlicensi citra montes.* Testes Dominus Dietmarus, Dominus Chunradus, Dominus Marquardus Præsbiteri, & Monachi Monasterii Medlicensis. Dominus Otto de Haslawe, Dominus Chunradus de Pilchdorf, Dominus Hermanus de Wolfgerstorff, Dominus Otto de Hakenberch, Dominus Luipoldus de Sachsengange milites & ministeriales, Albertus de Lassendorff, Hertwicus dictus Lumphart, & alii quam plures. Datum & actum Wiennæ Anno Domini 1276. XI. Kal. Maji. Archiv. Millic. Tom. I. Num. 245. fol. 454. Num. 2. Anno 1276.

Nos Fridericus Dei gratia Præpositus Ecclesiæ Ardacensis, universis & singulis notum fieri cupimus &c. *fit hic amicabilis compositio cum Monasterio Mellicensi propter quædam bona in Albartsberg.* Testes sunt hi: Ulricus de Schapherveld, Albertus de Viedorf, Otakarus & Otto fratres de Glüsse, Otto & Num. 3. Anno 1277.

Weichardus fratres dicti Häsib, & alii quam plures: Acta sunt Anno Domini M.CC.LXXVII. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 1. fol. 1.

Num. 4. Anno 1280. Ad rei gestæ evidentiam, & futurorum nihilominus ad cautelam. Ego Leutoldus de Chunringen summus pincerna Austriæ præsentium inspectores &c. scire volo universos. *Litteræ Reversales, quod Abbas Mell. Fridericus præfato Leutoldo de Chunringen quosdam proventus de prædio in Perchtoldstorf cum certis conditionibus in feudum concesserit:* Testes Pertholdus de Akstain, Rugerus de Zaucharn, Heinricus de Swelnpach, Chunradus de Sizendorf, Otto de Vichdorf, Otto de Pergam, Chunradus de Eschenriede, Ulricus de Engelmarsprunn milites: Heinricus Vleischesse, Dietreicus de Prunn, Fridericus de Pach clientes & alii quam plures. Datum & actum in supra scripto Monasterio Medlicensi Anno Dom. 1280. III. Kal. Aprilis. Archiv. Mell. Tom. 1. Num. 310. fol. 573.

Num. 5. Anno 1280. Ego Dytericus de Ottenschan præsentium exhibitor &c. Fretus Reverendorum Dominorum Domini Marquardi capellani eiusdem Abbatis Medlicensis, & Domini Marquardi pincernæ curiæ & aliorum plurium &c. *Fit hic amicabilis compositio cum Monasterio Mellicensi propter vineam quandam in Neunburg.* Sub Sigillo Domini Ulrici de Cappella Burgkgravii de Ebilsperch &c. Testes: Dominus Albero de Schreurenperch, Dominus Ludovicus de Lapide, Hermanus Peschinger, Ulricus frater eiusdem, Marquardus Wenagel, Heinricus Spanagel, Bernardus Prentl, & alii quam plures. Datum in Medlico Anno Domini 1280. XV. Kal. Decemb. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 296. fol. 548.

Ego Bernardus de Hausel præsentibus notum fore cupio Universis &c.

Num. 6. Anno 1281. Quod filii mei Otto & Marquardus in dictis feudis &c. *Legantur Monasterio Mellicensi quædam feuda in Pigerpach.* Præsens scriptum feci mei & Ludovici de Zelkingen Sigillorum munimine roborari, testibus subnotatis. Testes, Dominus Albero de Schreurnperch, Dominus Chunradus de Schreurnberch, milites: Hermanus de Schönllaiten, Otto de Zelkingen, Heinricus, Bernardus, Ulricus de Schönlaiten, Heinricus, Otto de Schreurnberch, Bernardus Wulfingus, Dietericus Heuslarn, & alii quam plures. Acta sunt hæc in Wildstain Anno Domini 1281. VI. Kalend. Maii. Archiv. Mellic. Tom. 1. Num. 339. fol. 624.

Num. 7. Anno 1282. Universis Christi fidelibus præsens scriptum intuentibus innotescat. Quod ego Luitgardis de Leyden pro remedio animæ meæ, & Domini Rugeri mariti mei redditus (*dimidii talenti in Erchengers, & 5 solidi in Rudnik Monasterio Mellicensi legantur.*) Monasterio Medlicensi legavi &c. In cuius rei testimonium evidens & robur perpetuum præsens scriptum fieri volui, & sigillorum filii mei Rugeri, & Bernardi dicti Pirber generi mei, munimine roboravi. Datum in Leiden. Anno Domini M.CC.LXXXII. XIV. Kal. Junii Archiv. Mell. Tom. I. Num. 61. fol. 113.

Num. 8. Anno 1282. Ego Agnes relicta Hainrici de Swarcenawe, quondam Domini & Mariti mei &c. De meorum scitu & consensu liberorum Alberonis videlicet, & Ulrici, libere & absolute donavi Monasterio Medlicensi sex feuda in Rumspach sita. In cuius donationis testimonium evidens & robur perpetuum præsens scriptum & meo, & Domini Ortolphi de Ronberch generi mei sigillo volui roborari, testibus subnotatis. Qui sunt: Dominus Leutoldus de Chunringen, Dominus Irnfridus de Puchperch, Hainricus de Streitwesen, Ministeriales. Dominus Fridericus Fleischess, Dominus Fridericus de Sichtenberch, milites: Hertwicus

Lum-

Lumphart, Weykardus de Pibrarn, & alii quam plures. Datum in Medliko Anno Domini 1282. VII. Kal. Dec. Arch. Mell. Tom. I. Num. 381. fol. 706.

In nomine Domini Amen. Quoniam conſervandæ rerum geſtarum Num. 9.
memoriæ nihil ſuffragatur efficacius teſtimonio litterarum: Ideo Nos Frater Anno 1283.
Weichardus dictus Abbas in Lilienvelde, totusque Conventus ibidem &c *Vi huius tabulæ Monaſterium Mellicenſe vendidit quasdam decimas in Radlbrun reſer vato ſibi jure emphyteutico.* Teſtibus ſubnotatis, qui ſunt: Henricus Prior, Chunradus, & Ludovicus, quondam Abbates, Gundoldus Cammerarius, Stephanus Cellerarius, fratres & Monachi noſtræ domus in Lilinvelde, Dominus Ulſchalcus Plebanus de Wilhalmſpurg, & Dominus Henricus miles de Hag, Albertus Notarius Medlicenſis, Hertwicus Cumphart, Weichardus, & Otto de Pibrarn, Chunradus Chremſer, & eius filius Nicolaus, Bernardus, Fridericus VVolfframini filius, Rudolphus nucleus & quam plures alii fide digni. Datum & actum in Medlico Anno Domini M.CC.LXXXIII. Kalendas Septembris. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 144. fol. 271.

Nos Albertus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ, Dominus Carniolæ, Num. 10.
Marchiæ & Portus Naonis, profitentes publice &c. quod vir ſtrenuus Otto Anno 1286.
de Zelking, fidelis noſter dilectus dimidium Caſtrum in Zelking ſponte ac libere reſignavit benignitati noſtræ propenſius ſupplicando, quatenus cum omnibus pertinentiis ipſa bona ſibi & uxori ſuæ Leukardi conferre dignaremur &c. *hæc bona Albertus Dux Auſtriæ eis in feudum conceſſit.* Teſtes ſunt Venerabilis Pater Heinricus Abbas Admontenſis, Viri ſpectabiles Ulricus de Heunnburch, Hugo de Werdenberch, Hermanus & Ulricus de Pfannberch Comites: Strenui Viri Heinricus de Hounfeld, Albero de Pucheim, Fridericus Dapifer de Lengpach, Ulricus de Capella, Pertoldus, & Offo de Emberberch, Wernherus de Celking, Liutoldus de Stadekk, Hermanus de Chranichberch, & Rapoto de Valchenberch. Datum in nova Civitate III. Idus Julii Anno Domini M. CC. LXXXVI. Archiv. Mell. Tom V. Num. 2. folio 2.

Univerſorum Chriſti fidelium, qui nunc ſunt, & impoſterum erunt, me- Num. 11.
moriæ ego Fridericus de Hauſekk dignum duxi præſentibus commendandum, Anno 1286.
Quod in præſentia Venerabilis Domini Henrici Epiſcopi Ratisbonenſis in Monaſterio Medlicenſi conſtitutus noſtrorum pro remiſſione peccatorum, nec non parentum meorum ob remedium animarum Dominam Berchtam filiam quondam Domini Ottonis de Sprinzpach nomine Homagii me reſpicientem una cum ſuis liberis libere contuli, tradidi & donavi Monaſterio Medlicenſi &c. Teſtes: Dominus Hugo Underwalhen, Wiſſento milites dicti Domini Ratisbonenſis. Dominus Otto de Vichdorff Senior, Otto Junior, Fridericus de Sichtenberch, Hertwicus de Waſen, Pilgrinus Fleminch milites: Hainricus Fleiſcheſſe, Albrandus Rudolphus Volo, Weychardus de Pybrarn, Otto ibidem, Jubardus Rainboto, Albero, Rugerus Vreül, Heinricus & Chunradus de Waichſelpach, Fridericus & Albero de Lewenperge, Wernhardus, Hertnidus, Helnwicus de Chülib, Vritto de Millawe, Otto de Eleub, Chunradus & Nicolaus de Chrems, Wolframus de Chuffarn, Albero Semen, VVolffhardus & Ulricus de Sebach, Ditmarus de Inningen, & alii quam plures. Datum & actum in dicto Monaſterio Medlicenſi A. Domini M. CC. LXXXVI. In feſto Beati Colomanni Martyris. Arch. Mell. Tom. I. Num. 199. fol. 376.

Num. 12. Anno 1287. Ego Fridericus de Hausek universis qui nunc sunt & imposterum erunt, notifico per præsentes &c. *delegantur ab ipso Monasterio Mellicensi quatuor feuda in Gravendorf.* præsens scriptum meo ac Domini Leutoldi de Chunringen, nec non Ottonis de Zelkingen feci sigillorum munimine roborari cum testibus subnotatis. Testes: Dominus Meinhardus de Rute, Perchtoldus de Achstain, Otto de Mezlinstorff, Fridericus de Sichtenberch, Hertwicus Wasarius, Pilgrimus Fleminch Milites: Rugerus Leibner, Heinricus Vleischeß, Chunradus de Weychselpach, Weykardus, & Otto de Pibrarn, Otto Wasarius & alii quam plures. Datum & actum in Pezinkirchen. Anno Domini 1287. In festo Purificationis Beatæ Virginis. Arch. Mell. Tom. I. Num. 105. folio 187.

Num. 13. Anno 1287. Ego Otto de Scheurnberg in notitiam tam præsentium, quam futurorum, hoc scriptum intueri, quos contigerit, cupio devenire. Quod Domino Hertwico de VVasen, eiusque coniugi Dominæ Dymudi curiam villicalem sitam in Sizentall vendidi. Testes: Dominus Hainricus de La. Dominus Fridericus de Sichtenberg, Dominus Hainricus de VVasen, Dominus Otto de Vichdorff Senior, Dominus Otto Junior, Dominus Otto de Zelkingen, Dominus Otto, & Dominus Ludovicus patrui eiusdem, Ulricus, Fridericus, & Hainricus fratres de Schafernvelde, VVolfgerus, Gotfridus de VVasen, Seyfridus Petrus & Hertwicus dicti Lochlarii, Pilgrimus, Chunradus de Dimingen, & alii quam plures. Datum & actum in Monasterio Medlicensi. Anno Domini 1287. Dominica Proxima ante festum beati Georgii. Archiv. Mellic. Tom. I. Num. 427. folio 790.

C A P V T VI.

Producitur medulla Historica Diplomatum, & aliorum eiusmodi monumentorum authenticorum ab anno Domini 1288. usque ad annum 1308.

Num. 1. Anno 1288. Ich Leutold von Chunring Obrister Schenckh in Oessterreich, vnd mein Hausfrau, Frau Agnes: Wir veriehen vnd thun kunt das wir mit bedachten mut vnd mit gueten rath, vnsers rechten vnd freyen guets meinen Hof zu Praitenloch vnd zwey wein-gärten gelegen in der Spizer Pfarr zu einem Seel-Geräth auf das Ehrbare Gotteshaus zu Melckh haben geschafft ꝛc. Dessen seyndt auch Gezeüg: Herr Perchtoldt von Ackstain, Herr Ruger von Zauch, Herr Chunradt von Sizendorff, Herr Otto von Vidorff, Herr Hainrich von Screinbach, Herr Otto Pergarn, Herr Hainrich der Fleischeß, vnd andere frume Leuth genueg, denen die red wohl khundt ist. Der Brief ist geben zu Tirnstein, da von Christi geburdt waren ergangen 1288. Jahr, des Sonntags nach vnser Frauen Tag in der Vasten. Arch. Mell. Tom. I. Num. 341. folio 628.

Num. 2. Anno 1291. Ego Otto filius quondam Domini Ludovici de Zelkingen præsentium inspectoribus notum fore cupio universis &c. *huic Ottoni Fridericus Abbas Mellicensis bona quædam in Sizentall in feudum concedit.* Testes: Dominus Stephanus de Missawe avunculus meus, socer meus Dominus Ulricus de Chapell, Dominus Fridericus de Hausek, Dominus Chunradus de Chappell, Dominus Ludovicus & Dominus Otto de Zelkingen, Dominus Otto & Dominus Marquardus Heuslarii de VVildenstain, Dominus Otto de Meinperch, Domi-

Dominus Otto de Scheurnberch, & alii quam plures. Datum, & actum in Monasterio nostro Anno Domini 1291. In die S. Pancratii Martyris. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 428. fol. 791.

Ego Fridericus de Purchstalle dictus Eysenpeutl, tam præsentibus, quam futuris cupio fore notum, quod Cameræ Monasterii Medlicensis utile dominium &c. *Monasterio Mellicensi legatur utile dominium in Eyzensperge pro remedio animæ.* Testes Dominus Fridericus de Sichtenberg, Jubartus dictus Vrewel, Chunradus de Wiselpach, Heinricus dictus Lawer, Turringus de Agmunde, & alii quam plures. Datum & actum in Monasterio Medlicensi memorato Anno Domini 1291. In die B. Thomæ Apostoli. Arch. Mell. Tom. I. No. 64. fol. 118. Num. 3. Anno 1291.

Nos Fridericus Dei permissione Monasterii Medlicensis Abbas præsentium inspectoribus constare volo universis &c. Quod Dominus Ulricus de Schönleutten prætextu cessionis prædium suum iuxta Oberndorff situm contulit nobis & Monasterio nostro in perpetuum possidendum, Domina Geisla coniuge sua, & liberis suis ad hoc præstantibus suam voluntatem &c. In cuius rei testimonium evidens, & robur perpetuum præsens scriptum nostri sigilli, nec non Domini Gotfridi de Wildungesmaur, atque Ulrici supradicti, suique fratris Domini Bernhardi sigillorum fecimus munimine roborari, cum testibus subnotatis. Testes: Dominus Otto de Zelkingen, Dominus Wikardus de Plankenstain, Dominus Otto Husarius, Dominus Marchardus frater suus, Dominus Otto de Scheurnperg, Chunradus patruelis suus, Dominus Heinricus de Ovenpach, Nicolaus de Wildungesmaur, Gotfridus frater suus, & alii quam plures. Datum & actum in Monasterio nostro Anno Domini 1292. IV. Nonas Aprilis. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 13. fol. 29. Num. 4. Anno 1292.

Ego Leutoldus de Sassengange scire volo præsentium inspectores &c. *fit amicabilis compositio propter decimas quasdam in VVartperg sitas.* Testes: Jubardus de Chuleub, Ortolfus de Leupolczdorff, Fridericus de Erla milites. Datum & actum in Draskirchen Anno Domini 1293. In octava B. M. Virg. Arch. Mell. Tom. I. Num. 269. folio 499. Num. 5. Anno 1293.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii Medlicensis Ordinis Sancti Benedicti Pataviensis diocesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Devotionis vestræ precibus Benignum impertientes assensum, auctoritate præsentium indulgemus, ut cum generale terræ fuerit interdictum, liceat vobis clausis januis, non pulsatis campanis & voce submissa, excommunicatis & interdictis exclusis divina officia celebrare, dumodo causam non dederitis interdicto, nec id vobis contingat specialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani Idus Aprilis. Pontificatus nostri anno Primo. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 178. fol. 342. *Hæc Bulla est à Bonifacio Papa VIII.* Anno 1295.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Abbati Monasterii de Sancta Cruce Pataviensis diæcesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis Abbas & Conventus Monasterii de Medlico ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis Sancti Benedicti. Quod Gerlacus plebanus plebis in Draskirchen Pataviensis Diæcesis super quibusdam Anno 1297.

busdam decimis, vini quantitate & rebus aliis iniuriantur eisdem. Ideoque discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam, & appellatione remota, debito fine decidas, faciens, quod decreveris per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Proviso, ne aliquis extra suam civitatem & diæcesim auctoritate præsentium ad iudicium evocetur, nec procedatur in aliquo contra eum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum V. Idus Martii. Pontificatus nostri anno tertio. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 51. fol. 93. *Bulla Bonifacii. P. VIII.*

Num. 6. Anno 1298. Nos Albertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Ad universorum notitiam volumus pervenire &c. *hoc Diploma concernit confirmationem Privilegiorum.* Datum in Nüremberch XII. Kal. Januarii Anno Domini M. CC. XCVIII. Indict. XII. Regni vero nostri anno primo. Archiv. Mell. Tom. III. folio 77.

Num 7. Anno 1298. Nos Wernhardus Dei gratia Ecclesiæ Pataviensis Episcopus tenore confitemur præsentium, q uod constituti in Ecclesia & Monasterio Medlicensi &c. *Concessit hic Episcopus Monasterio Mellicensi perceptionem fructuum de omnibus parochiis eidem Monasterio unitis.* Datum & actum in Medlico A. Domini M. CC. XCVIII. In Kathedra S. Petri. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 42. folio 125.

Num. 8. Anno 1299. Ego Seyfridus de VVolfharezprunn, & Domina Offmia coniux mea, mea, una cum hæredibus meis Universis. Scire volumus præsentium inspectores, nos a Venerabili Domino nostro Chunrado Abbate Monasterii Medlicensis hubam in VVolfhartsprun, ipsum & eius Monasterium proprietatis titulo respicientem convenisse penitus sub hac forma: *exprimuntur hic conditiones.* In cuius rei testimonium evidens viri honorandi Ministeriales Austriæ, Dominus Fridericus de Hausek, Dominus Otto de Zelkingen, & Dominus Otto de VVildenstain sua sigilla ad nostram devotam instantiam præsentibus appenderunt. Datum & actum in Monasterio dicto Anno 1299. Dominica proxima ante festum S. Joannis Baptistæ. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 504. folio 942.

Num. 9. Anno 1300. Ich Jacob von Pilichdorff, vnd ich Geysel sein Hausfrau, vnd ich Hertneydt sein Sohn, wir veriehen das wir verkaufft haben vnsers rechten Aigen einen Hoff der da ligt oberhalb Pischoffsteten der Grathoff genant. Dem Ehrbaren Man Herrn Rudolfen von Tozenbach, vnd seiner Hausfrauen Petreßine vnd allen ihren Erben, ledig vnd freyleich zuhaben: ꝛc. zu einer ewigen Festung diser Sach versigelt mit vnserm Insigl, vnd mit meines Brueders Insigil Chunrads von Pillichdorff, vnd mit Herrn Leopolds Insigl von Sachsengange, vnd mit seines Brueders Insigil Hertneids, vnd mit Herrn Dietrichs Insigl von Weyssenberch, die alle diser Sachen gezeüg seyndt mit ihren Insigeln. Vnd seynd auch gezeüg: Herr Gundackher von Terenberch, Herr Conradt der Eysenpeutl, Herr Weygant sein Brueder, Ulrich von Terenberch, Nicolaus sein Brueder, Gundackher vnd Fridrich von Ratlperge, Herr Otto vnd Herr Hainrich die Zinzendorffer, Herr Otto der Stainer, Conrad der Raßinger, vnd anderer frume Leuth genueg. Diser Brieff ist geben zu Wienn an S. Vlrichs Tag. Nach Christi Geburd in dem 1300. Jahr Archiv. Mell. Tom. I. Num. 95. fol. 170.

Num. 10. Anno 1300. Ich Chunrad von Werde thue khund allen ꝛc. Das ich zu rechten Lehen verlihen

lihen hab ein halben Hoff zu Vilſendorf der Alhaiden und ihren Kindern Rainholds Hausfrauē. Darüber hab ich zeüg Herrn Gottſchalchen von Riedenthall, Chunrad von Pernekh, Wolffram von Seyterndorff Rudolf von Geſperg, Wolfram von Weyſpergen. In dem Jare, da man zalt von Chriſtes Geburd tauſent Jar, darnach in dem dreyhundert Jar. Archiv. Mell. Tom. I. N. 471 folio 868.

Reverendis in Chriſto Dominis & amicis & fratribus prædilectis, Domino Chunrado Venerabili Abbati, Domino Eberhardo Priori, totique Conventui- Anno 1300. Eccleſiæ Medlicenſis. Ekhardus Dei gratia Præpoſitus, & Decanus, totusque Conventus Eccleſiæ S. Hippolyti. Cum devotis orationibus, reverentiam, fidem, ſpem univerſa hæc confirmante firma charitate in filio Virginis glorioſæ. Cum ex ſententia ſapientiſſimi Salomonis, qui univerſa vitæ humanæ circumſtantiis ſeu habitibus perluſtratis, Sapientia Dei mediante, quæ in ipſo clarius refulget, nihil in ipſa, quam tribulationem, & afflictionem Spiritus didicerimus reperiiſſe: cordibus noſtris ac cogitationis rationabiliter ac diſcrete revolventibus hoc frequenter animadvertimus, univerſas ærumnas ac labores humanæ fragilitatis nihil poſſe tam dulciter recreare, quam ſi mutuis orationibus, ac aliis charitatis operibus, quibuslibet ſecundum Apoſtolum in alterutrum adiuvantes vitam tranſitoriam, debilem ac infirmam in perennem & ſtabilem commutemus. Cum ergo Domini & Fratres Chariſſimi de noſtris ſanctis orationibus ac aliis religionis operibus noſtram negligentiam ac bonorum operum inopiam ſperemus pleniter, ac uberius reformari: Charitati Veſtræ per præſentes plenum participium miſſarum, orationum, ieiuniorum, vigiliarum, ac omnium bonorum operum, quæ in noſtra Eccleſia à noſtra fragilitate perpetrari, liberaliter & hilariter, fraternitatis nomine condonamus. Hac intentione inſerta: ut quemcunque Fratrum veſtræ Eccleſiæ ſacerdotem, vel Diaconum Dominus vocaverit huius carnis terminum ad extremum: Camerarius ſive alter, qui habet ordinare de veſtibus mortuorum præſentium baiulo de ipſis veſtibus defuncti tribuat, qui nobis mortem ſuam adnuntiet tempore oportuno. Et tunc Decanus noſter, ſive vicem ſui gerens mane capitulum convocabit, & indicet, ut in veſpere ſolempniter compulſetur, & maior Vigilia dicatur pro eodem, & in mane miſſa pro defunctis in choro tonaliter celebretur, ſingulis ſacerdotibus miſſam unam nihilominus legentibus in ſequeſtro. Et ſi diem illam, in qua defunctus denuntiatus fuerit, feſtum aliquod, vel legitimum negotium impedierit, ſequenti die, quod neglectum eſt, diligentius ſuppleatur. Et ſi aliquem illa die ex ſacerdotibus vacare contigerit, quantocyus eandem negligentiam ſuppleat cum poteſt: alii vero ſacerdotii characterem non habentes unum legant pſalterium, converſi vero & ſorores millies dicant Pater noſter ſalutationem B. Virginis cuilibet adiungentes. Sacerdoti vero defuncto, ſive Diacono una præbenda eodem die depoſitionis ſuæ, quæ conſuevit dari ſacerdotibus ſive Diaconis duobus ſcholaribus legentibus unum Pſalterium tribuatur; ſi vero in inferioribus ordinibus conſtituti, videlicet: Subdiaconi Acolyti, Converſi vel Sorores viam univerſæ carnis ingreſſi fuerint, iterum nobis nuntietur: Et vigilias & Miſſam unam celebrabimus in communi. Et ne piæ recordationis prædeceſſores Fratres Sacerdotes, ac cuiuscunque conditionis veſtræ & noſtræ Eccleſiæ à tali piæ devotionis voto aliquomodo ſeparentur, ſtatuimus, ut ſexta feria feſtum omnium ſanctorum proxime ſequente ſingulis annis ſolempniter cum vigilia & miſſa ipſo-

ipsorum defunctorum, ac vivorum Fundatorum, ac Benefactorum celebretur memoria specialis, singulis sacerdotibus missam unam nihilominus legentibus in sequestro. Aliis vero infra sacerdotium constitutis explentibus, quæ sunt superius adnotata, ita quod eodem die quatuor præbendæ Dominorum pauperibus in remedium & levamen omnium fidelium defunctorum plenariter largiantur. Et ne hæc firmitatis inter nos & vos coniunctio ab aliquo imposterum valeat irritari, vel in oblivionem devolvi, præsentem paginam vobis damus sigillorum nostrorum robore communitam; Ita quod versa vice nobis litteras vestris sigillis munitas remittatis, conventionem Fraternitatis huiusmodi confirmantes. Acta sunt autem hæc Anno Domini 1300. V. Kal. Julii.

Num. 11. Anno 1302. Ich Fridrich von Hausekh thue khundt ꝛc. *Hic legavit Monasterio Mellicensi 4 feuda & tres curias in Gravendorf pro perpetuo lumine ad tria altaria.* Dise seyndt die Gezeugen; der Chunrad vnd der Weychardt von Arnstein, der Otto, vnd der Ludwig von Zelting, der Otto, vnd der Marguard, vnd der Dietrich von dem Häuslein, vnd der Weychard von Ramstein, der Otto von Marichbach, Wulfing von Plaichen. Der Brieff ist geben datz Haus nach Christi geburdt 1302. Jahr. An vnser Frauen Tag zu der Kindlinge. Archiv. Mell. Tom I. Num. 106. fol 189.

Num. 12. Anno 1302. Nos Chunradus Dei permissione Abbas, Otto Prior totusque Conventus Monasterii Medlicensis tam præsentibus, quam futuris harum inspectoribus constare volumus universis, nobilem & honorabilem Matronam Dominam Mechtildem de Goldek relictam quondam Domini Chunradi de Goldek ob remedium animæ eiusdem &c. 30. libras denariorum monetæ Wiennensis nobis tradidisse &c. In cuius rei testimonium evidens, & robur inviolabiliter observandum, præsens scriptum nostrorum munimine sigillorum, nec non sigillis Domini Ottonis de Zelkingen ac Domini Gerhohi de Radeck fecimus roborari. Datum & actum in Monasterio nostro supradicto Anno Domini 1302. in Octav. B. Martini Episcopi. Archiv. Mell. Tom I. Num. 221. fol 416.

Num 13. Anno 1303. Nos Chunradus Dei permissione Abbas, Otto Prior, totusque Conventus Monasterii Medlicensis constare volumus &c. *Hic agitur, quod Molendinum in Chrems à Monasterio Mellicensi 28 libris denariorum V Viennensium fuerit redemptum.* Testes: Dominus Henricus Fleischesse, Dominus Otto Wasnarius, Dominus Wolfhardus de Sebach, milites, & alii quam plures. Datum & actum in Monasterio nostro prædicto Anno Domini 1303. in Epiphania eiusdem. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 14. fol. 23.

Num 14. Anno 1303. Ich Otto Hainrich Häymen, Grinchel von Wienn thuen khundt das mir mein Brueder der Haimb hat geben den zehent zu Chündorff ꝛc. Versigelt mit meinem Insigl, vnd mit der zeügen nahmen, die hernach geschriben stehent, das ist: Herr Otto von Schalla, Herr Hadmar von Wesen, Herr Christan von Purchhartsdorff, Herr Otto von dem Wasen, Herr Gerunch von Pusching, Herr Heinrich der Zinkh, Herr Wolfhart der Sebeckh, vnd andre Biderslеuth, denen dise red kund ist geben zu Mölkh, da von Christi geburth waren ergangen 1303. Jahr, des nächsten Eritags vor Sand Agnes Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 25. fol. 40.

Num. 15. Anno 1303. Ego Ortolfus de Stainhofen, harum litterarum inspectoribus tam præsentibus, quam futuris constare cupio &c. *Huic Ortolfo Monasterium Mellicense eloca-*

elocavit quandam curiam in Maur. Et horum militum Henrici Fleischeſs, Ottonis & Ulrici de Pylach feci ſigillorum munimine roborari, cum teſtibus ſubnotatis. Teſtes: Dominus Otto Waſarius, Dominus Fridericus Fleiſcheſs, Dominus Wolfhardus de Sebach, & alii quam plures. Datum & actum in Monaſterio Medlicenſi Anno Domini 1303. In purificatione B. Mariæ Virginis. Mell. Archiv. Tom. I. Num. 261. fol. 483.

Wernhardus Dei gratia Eccleſiæ Pataviensis Epiſcopus Dilecto in Chriſto Fratri Domino Conrado Venerabili Abbati N. Priori & Conventui Monaſterii Medlicenſis &c. *Vi huius tabulæ feſtum dedicationis Eccleſiæ Mellicenſis ad feſtum S. Colomanni transfertur.* Datum Wiennæ Anno Domini 1303. XII. Kal. Maji Archiv. Mell. Tom. III. Num. 381. fol. 826. Num. 16. Anno 1303.

Ut actiones hominum ſeu contractus, quos devoto deſiderio in ſtabilitate debita cupiunt permanere &c. Hinc eſt, quod ego Heinricus dictus de Prunn filius quondam Heinrici de Prunn piæ memoriæ &c. *agitur hic de venditione alicuius ſylvæ dictæ* Pfaffenwalt, *quæ Domino Gerlaco Parocho in Draskirchen 14 libris denar. Viennenſium vendita fuit.* Huius rei teſtes ſunt: Dominus Hermannus Marſchalchus dictus de Landenberch, Martinus Capellanus inclitæ Dominæ Duciſſæ Auſtriæ, Conradus Sereniſſimæ Romanorum Reginæ Capellanus, Wernhardus Magiſter Monetæ Wiennæ dictus Cranneſt, & cæteri quam plures fide digni. Acta ſunt hæc Anno Domini 1304. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 159. fol. 420. Num. 17. Anno 1304.

Ich Otto von Tanne vergich vnd Thue khundt allen denen 2c. *Litteræ reverſales, quod D. Chunradus Abbas Mell. Ottoni de Tanne, feudum aliquod in Enſtal conceſſerit.* Vndt ſeyndt deſſen gezeüg mein diener Hainrich von Talgen, vnd Conrad von Ortel ſeine Sönn die Prenner, vnd Otto von Rudolffſtorff, vnd Hänzl von Oede, vndt Weichardt mein diener. Der Brieff iſt gegeben da von Chriſti geburt waren tauſent Jar darnach dreyhundert vnd vierten Jar. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 36. fol. 60. Num. 18. Anno 1304.

Nos Herbordus miſeratione divina Abbas Cellæ Mariæ, ſcire volumus &c. Datum in Monaſterio noſtro ſupradicto Anno Domini 1305. In feſto Aſſumptionis B. M. Virg. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 257. fol. 477. Num. 19. Anno 1305.

Ich Leutold von Chunring Schenkh in Oſſterreich thuen khundt 2c. zu einer ewigen vrkhundt mit ihr der zuezeügen nahmen 2c. *Componitur lis propter vineam quandam in Jeuching.* das iſt Hadmar von Waſen, Herr Otto von Preigarn, Herr Otto von Pyla, Herr Wolfarth von Sebach, Arnolt von Huglinge, Dietrich von Prunne 2c. Vnd die gab iſt geſchehen, da von Chriſti geburdt ergangen waren Tauſent dreyhundert Jahr, darnach in dem fünfften Jahr. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 132. fol. 243. Num. 20. Anno 1305.

Ich Rudolff von Eberſtorff Herrn Chalhoch Sohn des Cammerer in Oſſterreich, vnd ich Margaretha des vorgenanten Rudolff Hausfrau thun kundt 2c. *Iſte Rudolphus vendit Gerlaco parocho in Draskirchen pratum aliquod penes Möllerſtorff.* Der Brieff iſt gegeben, da von Chriſtes geburt waren ergangen Tauſent Jar darnach dreyhundert vnd vierten Jahr, an dem Pfingſtag in der Vaſſten 2c. dis geſchefſts gezeüg iſt mein Vatter Herr Chalchoch, Herr Wichart von Arnſtein, Herr Hertnich von Saxengang 2c. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 255. fol. 746. Num. 21. Anno 1305.

Ego Chunradus de Streitweſen in præſentium ſerie profiteor, quod Dominus Num. 22. Anno 1306.

minus Chunradus Abbas Mellicensis curiam suam villicalem in Vilsendorf Gerungo Alberoni & Osiniæ Coniugi suæ pro 9. libris denariorum Wiennensium vendidit &c. Cum nominibus testium subnotatis: Frater meus Albero de Streitwesen, Dominus Otto de Pyla, &c. Datum & actum Anno Domini 1306. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 470. fol. 866.

Num. 23. Anno 1306. Ich Chunrad von Arnstain, vnd ich Chunigund sein Hausfrau, wir verie-hen vnd thun khundt ꝛc. *venditur parocho in Grillenberg Sylva quædam an dem Spazenvvalt dicta 4. libris denariorum.* Vnd sind auch dessen Gezeüg: Hainrich von Azenprucken, Hainrich von Ramsaue: dieser Brieff ist geben zu Wienn, da von Christes geburt waren ergangen tausent Jar darnach in dreyhundert vnd sechsten Jar. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 182. folio 478.

Num. 24. Anno 1307. Ego Vlricus de Schönleitten scire volo universos præsentium inspectores, quod Venerabilis Dominus Ulricus Electus Monasterii Medlicensis &c. in Dominum Weichardum de Topel tunc Purchgravium in Pailstain comprimis tanquam in arbitratorem huius causæ finaliter consensit: *fit amicabilis compositio propter tres arcas in der Schvveinz dictas.* Testes: Dominus Dietericus Hæuslarius, Dominus Heinricus Vleischesse, Dominus Wolfhardus de Sebach, Hugo tunc Judex Medlicensis. Datum & actum in supradicto Monasterio Medlicensi Anno Domini 1307. in die B. Matthiæ Apostoli. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 441. fol. 810.

Num. 25. Anno 1307. Ego Hugo de Molt præsentium inspectoribus universis cupio fore notum, quod &c. *hic vendidit Monasterio Mellicensi feudum in Strench.* ad hoc me obligans una cum filio meo Herbordo, & Stephano dicto Polster. Datum & actum in supradicto Monasterio Anno Domini 1307. in die B. Nicolai Episcopi. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 454. folio 833.

CAPVT VII.

Diplomata Mellicensia &c. ab anno Domini 1308. usque ad annum 1312. cum aliis nonnullis compendio Historico-Genealogico relatis.

Num. 1. Anno 1308. Ich Chadolt, vnd mein Brueder Hadmar von Werd, vnd vnser Brueder Chunrad veriehen offenlich ꝛc. *Iste donavit Monasterio Mellicensi aream quandam in Menhartsdorff.* dessen seind Gezeüg: Herr Chunrad von Streitwesen, Herr Alber sein Brueder, Herr Marquard von Hokenberch, Herr Fridrich von Leydem, und sein Brueder, Herr Peringer, und andere Ehrbare Leut. Der kauff geschach, da von Christi geburt ergangen waren tausend Jare hernach dreyhundert vnd achten Jar. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 270. fol. 500.

Num. 2. Anno 1308. Ego Leo de Hasendorff harum litterarum inspectores tam præsentes, quam posteros scire volo, quod ego una cum filio meo leone, meo nomine vocato in præsentia Domini mei Vlrici tunc Venerabilis Abbatis, Cholomanni Prioris & totius Conventus Monasterii Medlicensis constitutus petivi humiliter & instanter, ut eundem scholarem filium meum ad ordinem eorum dignarentur recipere, & hoc facientes propter ætatem eius teneram &c. In quorum omnium testimonium & cautelam eisdem Domino Abbati, Conventui & Monasterio Medlicensi præsens dedi scriptum sigilli mei robore consignatum cum testibus subnotatis: qui sunt: Dominus Otto de Zelking, Domi-

Dominus Chunradus, de Arnſtain, Dominus Ortolfus de Azenpruk, Dominus Dietricus de Hertwaigenſtain, Dominus Herwordus de Egendorf & alii quam plures. Datum Anno Domini 1308. Arch. Mell. Tom. I. Num. 464. fol. 855.

Wernhardus Dei gratia Eccleſiæ Patavienſis Epiſcopus dilectis in Chriſto fratribus, Vener. Dominis Vlrico Abbati N. Priori & Conventui Monaſterii Medlicenſis Patav. Diæceſis ſalutem & in præſenti ſtatu creſcere &c. *Ab hoc Epiſcopo conceditur Monaſterio Mellicenſi ut tempore vacantiæ ab omnibus parochiis dicto Monaſterio unitis, per biennium fructus earum poſſit percipere.* Datum & actum Medlici Anno Domini 1308. III. Novemb. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 43. folio 127. Num. 3. Anno 1308.

Wir Fridrich von Gottes Gnaden Herzog von Oeſſterreich, vnd von Steyr, und Herr von Crain, und von Portenau, thuen khunt allen den, die diſen Brieff ſehent, oder hörent leſen, die nu leben, oder hernach künfftig werden, das ein Krieg vor uns kommen: eines theils von Herrn Dietrich von Hymperch, und ſeiner Tochter Frauen Catharina; und andern theils von Hainrichen dem Schader ꝛc. *fit deciſio litis propter molendinum in Chrems.* Diſer Brieff iſt geben, da von Chriſti geburt iſt geweſen 1309ten Jar, darnach an dem nächſten Freytag nach Pfingſten in dem Quatember. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 16. fol. 25. Num. 4. Anno 1309.

Ego Walbrunus dictus Cinko de Lindenberch & Coniux mea Domina Catharina in ſerie præſentium profitemur &c. *Hic reſignat Monaſterio Mellicenſi magnam curiam feudalem in Naſchendorf.* In cuius rei teſtimonium evidens & cautelam, ego Walbrunus prædictus & frater meus Dominus Heinricus Circko, una cum Domino Hertwico Löchlario Conſobrino meo has litteras &c. cum ſubnotatis teſtibus, qui ſunt Dominus Dytmarus de Hadmarſtorff, Hainricus de Stroiczendorff, Ulricus frater eius, Michaël de Chadw, Dytmarus frater eius, Paulus de Sizendorf, Otto & Colomannus frater eius, & alii quam plures. Datum & actum in Monaſterio Medlicenſi ſupra dicto A. Domini 1309. Infra octavam Epiphaniæ ipſius. Archiv. Mell. Tom. I. N. 290. fol. 536. Num. 5. Anno 1309.

Ego Hainricus de Streitweſen ſcire volo univerſos &c. *Iſte Hainricus tradidit Monaſterio Mellicenſi proprietatem bonorum in Hard.* Teſtes: Dominus Marchardus de Hakkenperch, Dominus Chunradus & frater ſuus Dominus Albero de Streitweſen, Dominus Fridericus de Leiden, Dominus Otto de Pibrarn, Dominus Perchtoldus de Pibrarn, & alii quam plures. Datum & actum in Medlico. Anno Domini 1310. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 124. folio 227. Num. 6. Anno 1310.

Ich Sichart von Chienberg, vnd mein Hausfrau, Frau Gertraud, wir Verichen vnd Thuen kundt ꝛc. *Tabulæ venditionis, vi quarum Monaſterio Mellicenſi feudum unum in Neuſidl ſex & dimidio talento venditur.* Deſſen ſeint auch zeüg: Herr Alber von Streitweſen, Herr Fridrich der Leidmer, Herr Pernhardt von Mölckh, Marchart der Chuſpinger, Vlrich der Löchler, vnd andere ꝛc. der Brieff iſt gegeben, da von Chriſti geburt wären ergangen 1310. Jahr an ſant Phlippi Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 286. fol. 530. Num. 7. Anno 1310.

Ich Marchart von Schellenberch Purggraff zu Lengpach Vergich an diſem Brieff ꝛc. *Hic ſpondet, quod Monaſterium Mellicenſe in caſibus criminalibus privilegiatum defendere velit.* Geben zu Lengpach, da von Chriſti geburt waren ergangen 1310. Jahr an ſant Vlrich Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 197. folio 372. Num. 8. Aonn 1310.

Num. 9. Anno 1310. In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen: Fridericus Dei gratia Dux Austriæ, & Styriæ Dominus Carniolæ, Marchiæ ac Portus naonis, omnibus in perpetuum. Si Ecclesiis Dei nostro regimine gubernandis opportunos & dignos curamus honores impendere &c. *Per hoc privilegium Monasterium Mellicense ab omnibus Judicibus quo ad suos Subditos in criminalibus, & ab exactione, quod nominatur Marchfurter, & Landpfening eximitur.* Datum Wiennæ Anno Domini 1310. In die B. Pangratii Mart. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 194. fol. 367.

Num. 10. Anno 1310. Ich Hainrich von Wartenveld Haubtman zu Marekh, tun das kunt vnd vergich des offenleich an disem Brieff allen den dy in lesent oder hörent lesen, dy nu lebent, vnd hernach kinfftig sind, das ich mit Verdachtem muet vnd auch mit gůetleichen willen meinem Herrn Abbt Vlrich, vnd auch dem Gotzhaus datz Melkh das gelübt han, was im můe, arbait, zerung, oder an Chost auff gee, oder auff gesten, von dem lehen, das im von Herrn Chunrad den Praitenfelder von Wienn ledig warn ist, das da leit datz Strasse vnd ze Leobmanstorff, das mir vnd auch meinen Erben von seinen Gnaden verliehen ist, redleich vnd recht. Dyselb můe, arbait, zerung, vnd auch dy Chost sol ich im ablegen völichleich, an widerred, als hieuor an diesem Brieff geoffent ist. Vnd das dise sach, vnd auch ditz glüb hinfür von mir stät frey vnd vnzenbrochen pleib, dis gib ich disen offen Brieff versigelt mit meinem Insigel zu einer rechten vrchund, vnd zu einem lewtigen Zeůg diser red und sach, vnd sind des der Erbern Herrn Ritter vnd Chnecht zeug wo ein nat geschah Herr Michel mein Prueder von Wartenfels, Herr Jacob von Kruth, Herr Vlrich von Asparn, Vlrich der Sůtzenmaister, Hainrich von Gotesfeld mein Lantrichter, Fridrich Rennaus der Höll, Meinhart von Mestz, vnd ander Erber lewt den dise red vnd auch dise Sach wol Chund vnd gwissen ist. Der Brieff ist geben datz Marhekk, vnd auch ditze geschåfft ist da ergangen. Da von Christi geburt warn gezalt dreyzehenhundert Jar in dem zehenten Jar, an der zwelifpoten Tag sand Peter und sand Paul, als sy hie in erde dy marter haben erliten. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 444. fol. 815.

Num. 11. Anno 1311. Ich Fridrich von Sichtenberg, geheissen der Rådler. Thue kunt allen denen ꝛc. *Iste vendit Monasterio Mell. curiam villicalem cum decimis in Alberndorff centum & 50. talentis denariorum monetæ Viennensis.* Vnd seint auch dessen Gezeůg die Ehrbare Herrn, das ist: Herr Otto von Zelkhing, Herr Otto von Wildenstain, Herr Weychart der Topler, Herr Otto der Smidbech, Herr Fridrich der Fleischess, Herr Otto von Pylach, Herr Vlrich von Pyllach, vnd andere ꝛc. diser Brieff ist geben zu Mölckh da von Christi geburt waren ergangen 1311. Jar, an St. Catharina Tag. Arch. Mell. Tom. I. Num. 7. fol. 11.

Anno 1311. Reverendis in Christo Dominis & amicis ac fratribus prædilectis Domino Vlrico Venerabili Abbati, Domino Wolfhardo Priori, totique Conventui Ecclesiæ Medlicensis. Vlricus Dei gratia Abbas, Vlricus Prior, totumque Capitulum, Ecclesiæ Garstensis, cum devotis orationibus reverentiam, fidem, spem universa hæc confirmante fraterna charitate in filio Virginis gloriosæ. Sanctorum invisibilis inhabitator corona certantium & Martyrum palma, sponsus Sanctæ Matris Ecclesiæ, tam diebus quidem innocentiæ puritate rubicundus indumentis sacræ passionis sanguine rubricatis, sponsam suæ propitiationis, & consuetæ miserationis munere locupletat, multiplicando scilicet eorum numerum, qui veri agni innocentiam prædicant verbo & exemplo, qui exuti pompis sæcularibus, angustiati, afflicti sunt per

omnia facti ſpectaculum huic mundo. Hinc eſt, quod nos licet immeritos ſuperni providentia Conditoris, etiam ad gradus feliciſſimæ aſcenſionis, per quos ordinata charitate ad eburneum thronum, & aureum reclinatorium veri Salomonis aſcenditur, extulit, ſpecialiter adſcribimus dono eius, cuius oculi noſtrum aſpiciunt imperfectum, & in ſæcula benedicimus nomen eius, quod terminos noſtræ inhabitationis aliquantis ordinis ſanctiſſimi Patris noſtri Benedicti domibus benedixit, qui calcatis mundi illecebris auctori omnium iugiter famulantur, & nobis de qualitate meritorum diffidentibus orationum ſuarum patrocinio ſuffragantur. Sanctificari enim cum ſuis Sanctis ſperamus, & fieri cum innocentibus innocentes. Cum ergo Domini & Fratres Chariſſimi de veſtris ſanctis orationibus, ac aliis religioſis operibus noſtram negligentiam, ac bonorum operum inopiam ſperemus pleniter, ac uberius reformari: Charitati Veſtræ per præſentes plenum participium miſſarum, orationum, ieiuniorum, vigiliarum, ac omnium bonorum operum, quæ in noſtra Eccleſia à noſtra fragilitate poterunt perpetrari, liberaliter, ac hilariter fraternitatis nomine condonamus: hac conditione inſerta: ut quemque Fratrem veſtræ Eccleſiæ ſacerdotem, vel Diaconum Dominus vocaverit huius carnis terminum ad extremum, Camerarius, vel alter, qui habet ordinare de veſtibus mortuorum, præſentium baiulo de ipſis veſtibus defuncti tribuat, qui nobis mortem ſuam adnuntiet tempore oportuno: Et tunc Prior noſter ſive vicem ſui gerens mane capitulum convocabit, & nobis indicet, ut in veſpere ſolempniter compulſetur, & maior vigilia dicatur pro eodem, & in mane miſſa pro defunctis cum choro tonaliter celebretur, ſingulis ſacerdotibus miſſam unam nihilominus legentibus in ſequeſtro. Et ſi diem illam, in qua defunctus adnunciatus fuerit, feſtum aliquod vel legitimum negotium impedierit, ſequenti die, quod neglectum eſt, diligentius ſuppleatur. Et ſi aliquem illa die ex ſacerdotibus vacare contigerit, quantocius eandem negligentiam ſuppleat, cum poteſt. Alii vero ſacerdotii characterem non habentes, unum legant pſalterium: Converſi vero mille dicant Pater noſter, ſalutationem B. Virginis cuilibet adiungentes. Sacerdoti vero defuncto ſive Diacono una præbenda, eodem die videlicet depoſitionis ſuæ, quæ conſuevit dari ſacerdotibus, ſive Diaconis, duobus Scholaribus legentibus unum pſalterium, tribuatur, ſi vero in inferioribus ordinibus conſtituti, videlicet Subdiaconi, Acolyti, vel converſi viam univerſæ carnis ingreſſi fuerint, iterum nobis adnuntietur, & vigilias, & miſſam unam celebrabimus in communi. Et ne piæ recordationis prædeceſſores fratres ſacerdotes, ac cuiuscunque conditionis veſtræ & noſtræ Eccleſiæ à tali piæ devotionis voto aliquomodo ſeparetur, ſtatuimus, ut ſexta feria feſtum omnium ſanctorum proxime ſubſequente, ſingulis annis, ſolempniter cum vigilia & miſſa ipſorum defunctorum, ac vivorum Fundatorum, ac Benefactorum celebretur memoria ſpecialis, ſingulis ſacerdotibus miſſam unam nihilominus legentibus in ſequeſtro, aliis vero infra ſacerdotium conſtitutis explentibus, quæ ſunt ſuperius adnotata. Ita, quod eodem die quatuor præbendæ Dominorum pauperibus in remedium & levamen omnium fidelium defunctorum plenariter largiantur. Et ne hæc fraternitatis inter nos & vos coniunctio ab aliquo impoſterum valeat irritari, vel in oblivionem devolvi, præſentem paginam vobis damus ſigillorum noſtrorum robore communitam, ita, quod verſa vice nobis litteras veſtris ſigillis muni-

munitas remittatis, conventionem fraternitatis huiusmodi confirmantes. Acta sunt hæc Anno Domini 1311. VII. Kal. Decemb. in die S. Catharinæ Virginis & Reginæ. Archiv. Mell. Scrin. 98.

Num. 12. Anno 1311. Ego Syboto de Potendorff præsentium inspectoribus volo omnibus esse notum &c. *fit aliqua commutatio agri in Hafnerpach pro una area ibidem.* Datum in Potendorff Anno Domini 1311. In Annuntiatione B. V. Mariæ. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 123. folio 226.

Anno 1311. Venerabili in Christo Patri Domino Ulrico Abbati Monasterii Medlicensis, & omnibus Monachis & conversis Conventualibus Monasterii eiusdem, Frater Joannes de Gosdrodogomi sanctæ domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani super negotio indulgentiarum passagium terræ sanctæ Procurator in Alemania Generalis salutem in Domino sempiternam. Exigente vestræ devotionis affectu, quem erga ordinem Hospitalis ex promotione passagii habuistis & inspirante Domino in elargitione munerum & servitiorum habebitis in futurum, intendimus vos prosequi gratiose. Idcirco vos & vestrum quemlibet, acque prædictorum dicti Domini Abbatis, ad confraternitatem ordinis prædicti recipimus, facientes vos & animas defunctorum vestrorum participes & consortes omnium bonorum spiritualium ac operum, quæ fiunt & fient, tam - - quam - - in cunctis domibus Hospitalis in toto passagio terræ sanctæ. In cuius rei certitudinem præsentes litteras fecimus nostri sigilli appensione muniri. Datum in foro Medlicensi duodecima Februarii. Sub Anno Domini Millesimo, Trecentesimo undecimo. Indictione nona Domini Clementis Papæ quinti. &c. In Archiv. Mell. sub Scrinio 98. fasc. 1.

Anno 1311. Reverendis in Christo Dominis & amicis ac fratribus prædilectis Domino Vlrico Venerabili Abbati, Domino Wolkardo Priori totique Conventui Ecclesiæ Medlicensis. Petrus Dei gratia Abbas Helnwicensis, Prior, totumque Capitulum Ecclesiæ Chotwicensis cum devotis orationibus reverentiam, fidem, spem, universa hæc confirmante fraterna charitate in Filio Virginis gloriosæ. Cum ex sententia sapientissimi Salomonis, qui universis vitæ humanæ circumstantiis sive habitibus perlustratis, sapientia Dei mediante, quæ in Christo clarius refulgebat, nihil in ipsa, quam tribulationem & afflictionem spiritus eundem didicerimus reperisse. Cordibus nostris ac cogitationibus rationabiliter ac discrete revolventibus hoc frequenter animadvertimus, universos labores humanæ fragilitatis nil posse tam dulciter recreare, quam si mutuis orationibus ac aliis charitatis operibus quibuslibet secundum Apostolum in alterutrum adiuvantes, vitam transitoriam, debilem ac infirmam in perhennem & stabilem commutemus. Cum ergo Domini & fratres charissimi de vestris sanctis orationibus ac aliis religiosis operibus nostram negligentiam ac bonorum operum speremus pleniter ac uberius reformari. Charitati vestræ per præsentes plenum participium missarum, orationum, ieiuniorum, vigiliarum ac omnium bonorum operum, quæ in nostra Ecclesia à nostra fragilitate poterunt perpetrari, liberaliter ac hilariter fraternitatis nomine condonamus hac conditione inserta, ut quæcunque fratrum vestræ Ecclesiæ sacerdotem vel dyaconem Dominus vocaverit huius carnis terminum ad extremum. Camerarius sive alter, qui habet ordinare de vestibus mortuorum precium baiulo de ipsis vestibus defuncti tribuat, qui nobis mortem suam adnuntiet tempore oportuno. Et tunc prior noster sive

vicem

vicem ſui gerens mane capitulum convocabit & nobis indicet, ut in veſpere ſolemniter compulſetur & maior vigilia dicatur pro eodem & in mane miſſa pro defunctis cum choro tonaliter celebretur. Singulis ſacerdotibus miſſam unam nihilominus legentibus in ſequeſtro, & ſi diem illam, in qua defunctus adnuntiatus fuerit, feſtum aliquod vel legitimum negotium impedierit, ſequenti die, quod neglectum eſt, diligentius ſuppleatur & ſi aliquem illa die ex ſacerdotibus vacare contigerit, quantocius negligentiam ſuppleat. Sanctimoniales vero noſtræ ſimiliter in veſpere compulſatis campanis ſolemniter maiores decantent vigilias. In mane vero unaquævis legat pſalterium ſigillatim. Si vero feſti excellentia ſeu arduum negotium hoc impedierit, ex tunc ſequenti die evidentius compleatur, & quidquid fit ſacerdoti in divinis obſequiis, id debet cuilibet ſanctimoniali totaliter exhiberi. Alii vero ſacerdotii characterem non habentes unum legant pſalterium, converſi vero mille dicant Pater noſter. Salutationem beatæ Virginis cuilibet adiungentes. Sacerdoti vero defuncto ſive dyacono una præbenda eodem die videlicet depoſitionis ſive quæ conſuevit dari ſacerdotibus ſive diaconibus, duobus ſcholaribus legentibus unum pſalterium tribuatur. Si vero in inferioribus ordinibus conſtituti videlicet ſubdyaconi, acoliti, converſi viam univerſæ carnis ingreſſi fuerint, iterum nobis annuntietur, & vigilias & miſſam unam celebrabimus in communi. Et ne piæ recordationis prædeceſſores, Fratres, Sacerdotes ac cuiuscunque conditionis veſtræ & noſtræ Eccleſiæ à tali piæ devotionis voto aliquomodo ſeparentur, ſtatuimus, ut ſexta feria omnium ſanctorum proxime ſubſequente ſingulis annis ſolemniter cum vigilia & miſſa ipſorum defunctorum, ac vivorum fundatorum ac benefactorum celebretur memoria ſpecialis. Singulis ſacerdotibus miſſam unam nihilominus legentibus in ſequeſtro, aliis vero infra ſacerdotium conſtitutis explentibus, quæ ſunt ſuperius adnotata, ita, quod eodem die quatuor præbendæ dominorum pauperibus in remedium & levamen omnium fidelium plenariter largiantur. Volentes etiam, ut feſtivitas noſtri fundatoris videlicet beati Altmanni ſingulis annis eodem, quo occurrerit, die apud vos cum ſeptem luminibus peragatur. Fratribusquoque de collegio exiſtentibus ſeptem fercula miniſtrentur. Ad hoc idem faciendum, cum feſtum Beati Colomanni occurrerit veſtri Patroni, nos inviolabiliter obligamus. Et ne hæc fraternitatis perpetuæ inter nos & vos coniunctio ab aliquo impoſterum valeat irritari, vel in oblivionem devolvi, præſentem paginam vobis damus ſigillorum noſtrorum robore communitam, ita quod verſa vice nobis litteras veſtris ſigillis munitas remittatis conventionem fraternitatis huiusmodi confirmantes. Acta ſunt autem hæc Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo Vndecimo. in die S. Euſtachii Martyris & ſociorum eius Archiv. Mell. Scrin. 98. faſc. 5.

Ich Pernger von Landeberch Haubtman zu Lengbach vergich an diſem Brieff ꝛc. *hic teſtatur de privilegiis Monaſterio Mellicenſi à Friderico Duce Auſtriæ* A. 1310. datis. Vnd iſt der Brieff gegeben, da von Chriſti Geburt waren ergangen 1311. Jahr an unſer Frauen Tag zu der Liechtmeſſ. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 198. fol. 373. Num. 13. Anno 1311.

NosChunradus & Albero Fratres de Streitweſen ad notitiam tam præſentium, quam poſterorum, hæc ſcripta intuentium cupimus pervenire &c. *vi huius recognitionis debent Monaſterio Mell. de vinea in Modertal 32. denarii nomine iuris montani annis ſingulis pendi.* Teſtes: Dominus Stephanus Senior de Meyſ- Num. 14. Anno 1311.

 ſaw,

ſaw, Dominus Vlricus filius ſuus, Fridericus de Leidem, Dominus Otto de Pibrarn, Perchtoldus patruus ſuus, Dominus Rumhardus de Vena, Dominus Otto de Vrizenſtorf, Heinricus de Vrizenſtorf, & Hermannus de Vrizenſtorf, & alii quam plures. Datum in Monaſterio Medlicenſi ſupradicto. Anno Domini 1311. in octava Paſchæ. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 276. folio 511.

Num. 15. Anno 1311. Ego Wilhelmus Wintspergerius notum facio univerſis &c. *Iſte legat ad honorem S. Colomanni Monaſterio Mellicenſi unum feudum in VVinden.* Teſtes: Dominus Fridericus Rædlarius, Dominus Otto de Pylach, Dominus Vlricus de Pylach, Dominus Fridericus Fleiſcheſs milites. Eberhardus de Vichdorff, Vlricus frater eius, Marquardus de Chuffarn Clientes: & alii quam plures. Datum in foro Medlicenſi Anno Domini 1311. In vigilia SS. Simonis & Judæ Apoſtolorum. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 516. folio 961.

Num. 16. Anno 1311. Wernhardus Dei gratia Eccleſiæ Patavienſis Epiſcopus, Dilectis in Chriſto Fratribus Domino Vlrico Venerabili Abbati & Conventui Monaſterii Medlicenſis, Patav. Dioceſis ſalutem in Domino. Cum pietatis opera perſonis Deo devotis & locis Religioſis ſint præ cæteris affectu benevolo impendenda, & pro cæleſtibus temporalia commuttanda. Nos veſtræ devotionis effectum, quem divinis obſequiis impenditis, diſciplina monaſtica mancipati, ſimulque neceſſitatis onera, quibus Eccleſiam veſtram involutam cognoſcimus, attendentes, contemplatione quoque Illuſtris Principis Domini Friderici Ducis Auſtriæ & Styriæ Advocati & Patroni Veſtri, Charitati Veſtræ concedimus, ut Eccleſiam in Traskirchen, in qua Jus patronatus ad vos pertinere dignoſcitur, cum ſuis attinentiis ad menſam & præbendam veſtram poſſitis & debeatis perpetuo retinere: ita tamen, ut in eadem Eccleſia Præsbyteri conſtituantur idonei, ne cura animarum aliquantulum negligatur &c. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras ſigillo noſtro vobis tradimus communitas. Datum Wiennæ Anno Domini 1311. XVI. Kal. Junii. Huius rei teſtes ſunt, Dominus Gotfridus Decanus Chremſenſis, Chunradus de Vtzing plebanus in Neükirchen, Ulricus Capellanus & plebanus in Manswert. Woltramus plebanus in Weikendorff, Otto plebanus in Zwentendorf, Fridericus plebanus in Kueleub, & alii fide digni. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 42. fol. 76.

C A P V T VIII.

Recenſentur diplomata, & id genus alia, ab Anno Chriſti 1312. usque 1319.

Num. 1. Anno 1312. JCh Otto von Waſem Vergich an diſem Brieff ꝛc. Mit meines Brueders Inſigel, Herrn Hertweigs ꝛc. *Iſte Otto dedit Monaſterio Mellicenſi quædam prata in Spilberg cum certa conditione.* Vnd ſeindt auch der redt gezeüg: Herr Otto von Wildenſtain, Herr Weichardt von Topel, Herr Fridrich der Radler, Herr Vlrich von Pyllach, Herr Otto von Pillach, Herr Fridrich der Fleiſcheß, Bernhard von Möckly, Marchart von Chuffarn, Hauch von Mölckh vnd andere ꝛc. Der Brieff iſt gegeben, da von Chriſti geburt gezalt 1312. Jahr am ſanct Petronillæ Tag, zu Mölckh auf dem Perg. Archiv. Mell. Tom. I. N. 443. fol. 813.

Anno 1312. Reverendis in Chriſto Dominis & amicis, ac fratribus perdilectis. Reverendo Ulrico Venerabili Abbati, Domino Priori, totique conventui Eccleſiæ Medlicenſis Patavienſis Diæceſis. Otto Dei permiſſione Abbas, Guntherus Prior, totumque Capitulum Eccleſiæ S. Lamberti Salzburgenſis diæceſis, cum

cum devotis orationibus reverentiam, fidem, spem, universa hæc confirmante fraterna charitate, in Filio Virginis gloriosæ. Cum ex Sententiis sapientissimi Salomonis, qui universis vitæ humanæ circumstantiis, sive habitibus perlustratis sapientia Dei mediante, quæ in ipso clarius refulgebat, nihil in ipsa, quam tribulationem & afflictionem Spiritus eundem didicimus reperisse. Cordibus nostris ac cogitationibus rationabiliter ac discrete revolventibus, hoc frequenter animadvertimus, universas ærumnas ac laborem humanæ fragilitatis nil posse tam dulciter recreare, quam si mutuis orationibus, ac aliis charitatis operibus quibuslibet, secundum Apostolum in alterutrum adjuvantes, vitam transitoriam debilem ac infirmam in perennem & stabilem commutemus. Cum ergo domini & fratres charissimi de vestris sanctis orationibus, ac almæ Religionis operibus nostram negligentiam ac bonorum operum inopiam speremus pleniter ac uberius reformari, charitati vestræ per præsentes plenum participium missarum, orationum, jejuniorum, vigiliarum, ac omnium bonorum operum, quæ in nostra Ecclesia à nostra fragilitate poterunt perpetrari, liberaliter ac hilariter fraternitatis nomine condonamus, hac conditione insita, ut quemcunque Fratrum vestræ Ecclesiæ Sacerdotem vel Diaconum Dominus vocaverit huius carnis terminum ad extremum, Camararius, sive alter, qui habet ordinare de vestibus mortuorum præsentium baiulo de ipsis vestibus defuncti tribuat, qui nobis mortem suam adnunciet tempore oportuno, & tunc Prior noster, sive vicem sui gerens, mane capitulum convocabit, & nobis indicet, ut in vespere solemniter compulsetur, & maior vigilia dicatur pro eodem, & in mane Missa defunctorum cum choro tonaliter celebretur, singulis Sacerdotibus missam unam nihilominus legentibus in sequestro, & si diem illam, in qua defunctus adnunciatus fuerit, festum aliquod vel legitimum negotium impedierit, sequenti die, quod neglectum est, diligenter suppleatur. Et si aliquem illa die ex Sacerdotibus vacare contigerit, quantocius eandem negligentiam suppleat, quando potest. Alii vero Sacerdotii caracterem non habentes unum legent psalterium, Conversi vero mille dicant Pater noster, Salutationem Beatæ Virginis cuilibet adiungentes. Sacerdoti vero defuncto sive diacono una præbenda eodem die, videlicet depositionis suæ, quæ consuevit dari Sacerdotibus sive diaconibus duobus Scholaribus legentibus unum psalterium tribuatur, si vero in inferioribus ordinibus constituti, videlicet Subdiaconi, Acoliti vel conversi viam universæ carnis ingressi fuerint, iterum nobis adnuntietur, & vigilias & Missam unam celebrabimus in communi. Et ne piæ recordationis prædecessores fratres Sacerdotes, ac cujuscunque conditionis vestræ & nostræ Ecclesiæ à tali piæ devotionis voto aliquo modo separentur, statuimus, ut sexta feria, festum omnium Sanctorum proxime subsequente, singulis annis solemniter cum vigilia & Missa propria defunctorum ac vivorum, fundatorum ac Benefactorum celebretur memoria specialis, singulis Sacerdotibus missam unam, nihilominus legentibus in sequestro; aliis vero infra sacerdotium constitutis explentibus, quæ sunt superius adnotata. Ita quod eodem die quatuor præbendæ dentur pauperibus in remedium & levamen omnium fidelium defunctorum plenariter largiantur, volentes etiam ut festivitas nostri Patroni videlicet Beati Lamberti singulis annis eodem, quo occurrerit, die cum septem luminibus peragantur; fratribus quoque de Collegio exsistentibus septem fercula mi-

nistrentur; ad hoc idem faciendum, cum festum Beati Colomanni occurrerit vestri Patroni nos inviolabiliter obligamus. Et ne hæc fraternitatis inter nos & vos coniunctio ab aliquo imposterum valeat irritari, vel in oblivionem devolvi, præsentem paginam vobis damus, sigillorum nostrorum robore communitam. Acta autem sunt hæc Anno Domini Millesimo trecentesimo duodecimo, quarto Idus Februarii, in die Beatæ Scholasticæ Virginis. &c. Archiv. Mell. Scrin 98. sub fasci. 1.

Num. 2. Anno 1312. Ego Leo de Hasendorf præsentium inspectoribus universis cupio fore notum &c. *Donatur Monasterio Mellicensi curia villicalis in Tyemedorf.* Præsens scriptum feci mei sigilli munimine roboratum cum testibus subnotatis. Testes Dietericus de Egendorf, Leo & Chunradus de Vreunzhausen, Cesarius de Prunne, Helmwicus, & Hainricus de Reicholzsperg, Nicolaus filius Domini Dietrici de Hertweigstain, & alii quam plures. Datum & actum Medlici. A. Domini 1312. In die S. Blasii Epi. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 465. fol. 857.

Num. 3. Anno 1312. Ich Dietrich von Puchperck vergich vnd Thue kundt ꝛc. *Iste Dietericus donavit Monasterio Mellicensi quendam canonem undecim solidorum in Geroltstorff.* Vnd seint auch der red gezeüg Herr Otto von Schalach, Herr Chunrad von Arnstein, Herr Otto von Wildenstain, Herr Gundackher von Ratlberg, Herr Friedrich der Fleischeß, Herr Vlrich von Pyla, vnd andere Bider leüth genueg ꝛc. der Brieff ist geben zu Mölckh, da von Christi geburt ergangen waren 1312. Jahr an St. Micheli Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 84. fol. 151.

Num. 4. Anno 1312. Ego Fridericus de Leidem in serie præsentium profiteor &c. de voluntate unanimi & consensu Coniugis meæ Dominæ Dyemudis &c. Resignavi Vener: Domino Ulrico Abbati decimas in Götzeinstorff in parochia Ravelspach cum pacto infra notato, videlicet: &c. Testes: Dominus Otto de Zelking, Dominus Otto de Wildenstain, Dominus Otto de Schönnek, Dominus Ludovicus de Zelking, Dominus Weichardus de Topel, Dominus Stephanus dictus Eysenpeutl, Dominus Chunradus de Streitwesen, & frater suus Albero, & alii quam plures. Datum & actum Medlici. Anno Domini 1312. In die B. Petronellæ Virginis. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 96. fol. 172.

Num. 5. Anno 1312. Ich Agnes von Gesenicz, vnd meine Söhn, Bernhard, Heinrich, Hauch, Chunrad, Otto, Hartneid. ꝛc. *agitur hic de quadam commutatione boni in Grienpichel pro bono in Peffenperg.* Das seint die zeügen: Herr Ludwig von Zelking: Herr Otto von Schönek, Herr Heinrich von Zinzendorff, Otto, Dietrich, vnd Alram drey Brieder von Reichgerstorff, Vlrich Pauß, und andre Bider leüth. Der Brieff ist gegeben, da von Christi geburt ergangen waren 1312. Jahr, an Sanct Giligen Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 34. fol. 56.

Num. 6. Anno 1312. Wernhardus Dei gratia Pataviensis Episcopus, ad perpetuam rei memoriam. Pium apud homines &c. *Iste Bernardus Episcopus Patav. ordinavit, ut Abbas Mellicensis, & sui successores in Ecclesia Traskirchen, portionem, quam Clericus sæcularis habere consuevit, diminuere, suamque augere ad perpetuos usus sui Monasterii valeant &c.* Huius rei testes sunt: Dominus Chunradus de Utzings, Ulricus Capellanus noster &c. Erchingerus de Wasen, Calchohus de Falckenstain, Chunradus de Falkenstain, Hattmarus de Waldek, Hugo de Morspach, Wilhelmus de Windsberg, Leupoldus de Idungsberg, Laici. Et alii plures fide digni &c. Datum Crembsæ Anno Domini 1312. in crastino beati Martini. Arch. Mell. Tom. I. Num. 43. fol. 77.

Ich

Ich Jans von Syrndorff vergich, vnd Thue kundt ꝛc. *Fit transactio propter quendam fundum prope Gravendorf, Lanzenvverde dictum.* Dieser Brieff ist geben zu Wienn, da von Christi geburt ergangen waren 1312. an St. Andreas Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 104. fol. 186. Num. 7. Anno 1312.

Ego Cesarius de Prunne harum litterarum inspectoribus tam præsentibus quam futuris &c. *Tabula emptionis, qua Monasterium Mellicense comparavit canonem annuum de quatuor areis in Lengveld.* In cuius rei testimonium evidens, & cautelam præsens scriptum meo sigillo, & Domini Hugonis de Watenstain, ac Ulrici de Lengveld, nec non Leonis Hasendorfarii sigillis volui roborari cum testibus subnotatis. Testes: Dominus Fridericus Fleischesse, Ramungus de Lengveld, Rugerus de Lengveld, Marquardus de Chuffarn &c. & alii quam plures: Actum & datum Medlici Anno Domini 1312. In die B. Georgii. Archiv. Mell. Tom I. Num. 150 fol. 282. Num. 8. Anno 1312.

Ich Fridrich der Chriech von Vreitschlarn, und mein fleischlicher Brueder Chunrad, und Heinrich, und Otto veriehen ꝛc. *concernit quosdam redditus in Maur, quos Monasterium Mellicense 77. talentis denariorum monetæ Viennensis comparavit.* Disen Brieff versigelt mit vnserer baiden Insigln, vnd mit Herrn Bernhards Insigl von Plenkh, und mit Chunrads Insigl von Hadmarstorff ꝛc. vnd seind auch der Red Gezeüg, Herr Fridrich von Sichtenberg, Herr Fridrich der Fleischeß, Herr Otto der Schmidbekh, Hartmut der Fleischesse, Eberhardt von Vichdorff, Vlrich sein Brueder, Marchart von Chueffarn, Hauch der alte Richter von Mölckh, vnd ander Erbar Leut genueg. Der Brieff ist geben zu Mölckh, da von Christi geburt ergangen waren 1312. Jar, an sanct Thomas Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 263. folio 487. Num. 9. Anno 1312.

Ego Fridericus de Leidem in notitiam tam præsentium, quam futurorum &c. *Venditur Monasterio Mellicensi feudum in Nanderstorf, & molendinum in monte Galsenberg.* Testes: Dominus Chunradus de Streitwesen, & frater suus Albero de Streitwesen. Dominus Otto de Pebrarn, Perchtoldus de Pebrarn, Albero de Attsteten, Rugerus frater suus, Marquardus de Chuffarn, & alii quam plures. Datum in Medlico Anno Domini 1312. In die S. Georgii. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 292. fol. 540. Num. 10. Anno 1312.

Ego Chunradus de Chirichperg in notitiam tam præsentium, quam futurorum &c. unanimi consensu fratrum meorum, videlicet Ortolphi, & Alberonis &c. *traduntur Monasterio Mellicensi 30. denariorum redditus de agro in Ocbut.* procuravi ratificari sigilio Patrui mei Domini Alberonis, ac sigillo avunculi mei Domini Ottonis Smidbechonis cum testibus subnotatis. Testes Dominus Fridericus Fleischesse, Hartmundus Fleischesse, Eberhardus de Mæzleinstorff, Marquardus de Chuffarm Bernardus de Medlico, Hugo Juden senior eiusdem fori Medlicensis & alii quam plures. Datum Medlici Anno 1312. in festivitate Apostolorum Philippi & Jacobi. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 302. fol. 560. Num. 11. Anno 1312.

Nos Ulricus Dei permissione Monasterii Medlicensis Abbas scire volumus præsentium inspectores, quod cum Illustris Dominus Fridericus Dux Austriæ, ex eius privilegio speciali aliquibus gratiis & libertatibus Nos, nostrumque Monasterium prærogativa perpetua sublimasset, inter quas ab exactionibus denariorum Lantphening dictorum nos ac nostrum Monasterium absolvit, ut pro huiusmodi denariis in antea aliquatenus non vexemur. Nos nolentes Num. 12. Anno 1312.

lentes esse immemores promotionum Domini Perngeri de Landeberch, tunc tenentis Judicium provinciale in Lengpach, quibus nobis studuit & adhuc in futurum studebit multipliciter complacere, denarios advocatitios monetæ Wiennensis, qui prius de nostris prædiis sibi dabantur, videlicet sex libras minus uno denario nos & nostrum Monasterium prædicto Domino Perngero de Landberch porrigemus annis singulis, quamdiu idem tenuerit Judicium provinciale in Lengpach: quod Judicium se incipit in loco dicto Hekental, & protenditur usque ad fluvium dictum Erlaf. Cum vero non tenuerit Judicium iam præfatum, tunc statim cessabit & viribus carebit iuris memorati concessio & gratia sibi facta. In cuius rei testimonium evidens præsens scriptum sibi dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Medlici. Anno Domini 1312. in ascensione eiusdem. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 196. folio 370.

Num. 13. Anno 1312. Ego Benedicta relicta Domini Rugeri de Leydem scire cupio universos &c. *agitur hic de pia traditione quorundam redditum in Sancto Georgio vulgo* St. Görgen *trans Danubium prope Mellicium.* Testes: Dominus Rudolphus de Arburch, Dominus Chunradus de Streitwesen, Dominus Weychardus de Topel, Dominus Otto de Pebrarn, Dominus Ludovicus de Offing, Perchtoldus de Pebrarn, & alii quam plures. Datum in Emerstorff Anno Domini 1312. In Epiphania Domini. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 431. folio 795.

Num. 14. Anno 1312. Ich Sigmund Kastner vnd all mein Erben, wir vergehen ꝛc. das wir zu kauffen geben haben vnser Vesste zu Leestorff dem Edlen Erhardten Lendtfaringer vnsern lieben Vettern ꝛc. zu bessrer Sicherheit vnd Zeügnus haben wir mit Vleis gebetten die Edlen Petern Kastner vnsern lieben Vettern, und Bernhardten den Hander ꝛc. Der Brieff ist geben am Pfingstag nach St. Johanns Tag zum Sonnabenten, nach Christi geburdt in 1312. Jahr. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 281. folio 789.

Num. 15. Anno 1312. Ego Vlricus cognominatus Piber universis tam præsentibus, quam futuris &c. ob remedium salutare cum consensu Coniugis meæ Dominæ Hildgardis & puerorum meorum Rugeri & Hainrici &c. universa bona mea in villis dictis Walkerstorff & Radbans sita donavi & tradidi Venerabili Domino Vlrico Abbati Medlicensi &c. Testes: Dominus Leotoldus de Chünring, Dominus Stephanus de Meyssau, Dominus Otto de Zelking, Dominus Wichardus de Topel, Dominus Chunradus de Streitwesen, & frater suus Albero, Dominus Wulfingus Heuslarius, & alii quam plures. Actum, & datum Medlici Anno Domini 1312. in die Beatæ Petronillæ. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 7. folio 13.

Num. 16. Anno 1312. Wir Elspet von Gottes Gnaden willen Künigine von Rom, thuen kundt offentlich an disem Brieff, das für vns kam der Erber Wittib ꝛc. *Vi huius diplomatis fundantur certi redditus pro Capella in aula Cæsarea Viennæ.* Vnd wenn sie nicht aigens Insigel hett, so haben wir ihr Bette willen disen Brieff besigelt mit vnsern Insigl. Des sint gezeüge: Maister Puchardt von Friche, Herr Vlrich der Pfarrer von Adriach, Chunradt der Ratgeb, Otto der Schraneschreiber, Otto der Herler, Heinrich der Erler, Dietmar der Müllner, und Chunradt der Waise von Hüttendorff. Der Brieff ist geben zu Wienne, da man zahlt von Christes geburdt 1312. Jahr an dem Pfingstabend. Archiv. Mell. Tom. III. fol. 87.

Num. 17. Anno 1313. Ego Fridericus dictus Fleischess universis præsentium inspectoribus cupio fieri manifestum &c. *Tabulæ venditionis, quibus Monasterio Mellicensi venduntur*

tur redditus de feudo in Euchental. cum testibus subnotatis, qui sunt: Dominus Otto de Pyllach, Dominus Vlricus de Pyllach, Eberhardus de Vichdorf, Vlricus & Henricus fratres sui, Marquardus de Chuffarn, & alii quam plures. Datum Medlici Anno Domini 1313. in die B. Pudentianæ. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 72. folio 130.

Ich Conrad der Hager Vergich vnd Thue khunt allen ꝛc. *Agitur hic de traditione cuiusdam feudi in Eyringspach facta pro Monasterio Mellicensi.* Diser Brieff ist geben zu Mölckh, da von Christi geburdt waren ergangen 1313. An sanct Agnes Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 70. fol. 127. Num. 18. Anno 1313.

Ich Bernhardt von Chuffarn Vergich vnd Thue kundt, ꝛc. *Venduntur Monasterio Mellicensi redditus 15. solidorum in Engelschalichsdorf.* Vndt seyndt auch der Red Gezeüg: Herr Fridrich der Fleischeß, Hartmuth sein Vetter, Eberhardt von Viechdorff, vnd Vlrich, vnd Friedrich seine Brieder, Marchart, vnd Chunradt von Chuffarn, vnd andre biderleüth genueg. Diser Brieff ist gegeben zu Mölkh, da von Christi geburth waren ergangen 1313. an dem Perchtag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 67. fol. 122. Num. 19. Anno 1313.

Ego Jacobus de Pilichdorf præsentium inspectores scire volo &c. concurrente voluntate bona filii mei Hertnidi unam curiam & molendinum in Hannaw tradidi & donavi Vener. Domino Ulrico Abbati & eius Monasterio Medlicensi &c. Testes: Dominus Dietericus de Pilchdorf meus Patruus tunc Marschalchus Ducis Austriæ, Dominus Albero de Rauchenstain frater meus, Dominus Gundakarus de Rætlperg; Dominus Otto de Wildenstain, Dietericus de Weyssenberch, & Otto de Weyssenberch, Vlricus de Pilichdorf, & alii quam plures. Actum & datum in Monasterio Medlicensi supradicto anno Domini 1313. In die S. Blasii Archiv. Mell. Tom. I. Num. 120. folio 220. Num. 20. Anno 1313.

Ich Dietrich von Prune Vergich vnd Thue kund ꝛc. *Iste vendidit Monasterio Mellicensi unum agrum Mellicii, 120. talentis denariorum monetæ Viennensis.* Der Brieff ist gegeben zu Mölckh, da man zalt von Christi Geburdt 1313. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 239. folio 446. Num. 21. Anno 1313.

Fridericus Dei gratia Dux Austriæ, & Styriæ Universis Officialibus, Judicibus, Mutariis, civibus, cæterisque præsentium inspectoribus per Austriam constitutis gratiam suam, & omne bonum. Cupientes dilectorum Nobis honorabilium virorum Domini Abbatis & Conventus Monasterii Medicensis, suorumque, qui pro tempore fuerint, successorum futuris damnis, & periculis, quæ frequenter ex incauta, & improvida offensione, seu exhibitione privilegiorum suorum antiquorum provenire poterunt, obviare, libertatem in suis Originalibus contentam, specialiter & expressam, videlicet de medio talento salium maioris ligaminis, sine muta per alveum Danubii deducendo, præsentibus refricantes vobis universis, & singulis districte præcipimus, & mandamus nostræ gratiæ sub obtentu, quatenus eosdem Abbatem, & Conventum, aut suos procuratores, & nuntios, in deductione salium huiusmodi apud Lynzam, & Muthusen, Ybsam, cæteraque loca mutarum non præsumatis ratione mutæ seu alterius exactionis aliquatenus impedire, harum testimonio litterarum. Datum Wiennæ Anno Domini M. CCC. XIII. In crastino S. Barnabæ Apostoli. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 204. folio 387. Num. 22. Anno 1313.

Wir Elspet von Gottes Gnaden weylandt Königin zu Rom, Veriehen, und Thuen kundt offenlich an disem Brieff allen denen die ihn sehen, oder hörent lösen, Num. 23. Anno 1313.

das

das wir von der Beweisung vnsers geistlichen Vatters Bischoffen Bernhard
von Passau mit wolbedachten mueth zum Seelen Heyl aller Vorfahrer, vnd
sonderlich vnsers lieben Herrn Würths König Alberts von Rom, vnd auch vn-
ser selber vnd vnser nachkomen Seele, vnd sonderlich zu einer Widerlegung der
Feyertäg, die an vnsern sieden zu Halstat, das wir mit vnsern Gutt von wilden
Gebürg erpaut haben, übergangen vnd zerbrochen werden mit arbeith, der man
doch zu noth nicht entpöhren mag, vnser almosen von dem vorgenannten Sieden
denen Geistlichen Leuthen dem Abbt und dem Convent dazu Mölckh mitgethailet
vnd gegeben haben. Also das ihnen vnsere Pfleger, oder Ambtleuth zu Halstat
alle Jahr an St. Görgen Tag 30. Fuetter dürres Saltz geben sollen; und dassel-
be Saltz soll ihnen an vnsern Mauthstätten, dazu Ginundten, vnd zu Stain ledi-
glich ohne Mauth fürgehen. Wäre aber, das ihnen vnsere Ambtleuth oder
Pfleger das vorgenannte Saltz an dem vorgenannten Tag nicht geben; so ge-
biethen wir ernstlich bey vnseren Hulden vnseren Burkhleuthen zu Halstatt, das
sie kein Saltz zu Hallstatt ausführen lassen, bis das das vorgenannte Saltz dem
vorgenanten Gottshaus verrichtet werde. Es soll auch der vorgenannte Abbt
alle Jar an St. Philippi Tag seinem Convent ein halbes Pfund Wienner Pfe-
ning geben zur Besserung an ihrer Pfründ von dem vorgenanten Saltz, das sie
darumben desselben Tags vnsers vorgenanten Würths, der an demselben Tag
verschiden ist, vnd vnserer Voreltern vnd Nachkommen, und auch vnser selber,
wan wir nit seyn, Jahrtag begehen mit Vigilien, mit Seelmessen, und mit an-
dern göttlichen Sachen, vnd darüber, das vnser vorgeschribne gab und freyung
dem vorgenanten Abbten, vnd dem Convent zu Mölck stet und vnzebrochen
beleibe von vns vnd vnsern Nachkommen, so haben wir ihnen diesen Brieff geben
versigelt mit vnseren Insigl. Der Brieff ist geben dazu Neunburkh, da man
zehlt von Christes Geburth dreyzehen hundert Jar in dem dreyzehenten Jar, an
vnser Frauen Tag zu der Liechtmessen. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 205. fol. 388.

Venerabilibus & dilectis in Christo Fratribus Dominis & amicis Domi-
Anno 1313. no Vlrico Abbati Ecclesiæ Medlicensis & Domino Chol. Priori totique Con-
ventui ibidem. H. Dei gratia Abbas Ecclesiæ Vornbacensis, P. Prior totum-
que Collegium ibidem diurnis affectibus incalescere, & tandem in quantita-
te & robore conducere ad perfectum. Benedicta sit creatrix omnium sa-
pientia, quæ sicut ineffabilibus mundum renovat sacramentis, sic ineffabili-
ter inspirando vestram & nostram Ecclesias voluit coadunari, ut nobis esset
una fides mentium & pietas actionum. Certe à Domino factum est istud,
qui misit spiritum Filii sui in corda nostra & conscientias nostras visitando
purificavit, ut tanquam viri Religiosi & illuminati, quæ rursum sunt, capia-
mus, quia tentatio est vita hominis super terram. Omnes enim morimur,
& quasi aquæ in terram dilabimur, quæ non revertentur. Immo nihil cer-
tius est morte, & nihil incertius hora mortis. Ad nos quidem scilicet Reli-
giosos specialiter loquitur Apostolus, si in hac vita tantum spirantes sumus mi-
serabiliores omnibus hominibus. Quare secundum consuetudinem alia-
rum Ecclesiarum & religionum societatis & fraternitatis fœdus & legem fide
integra, spe firma, charitate non ficta mutuo indissolubiliter ineamus. Per
hanc quidem in hac peregrinatione consolationem & post hanc vitam ani-
marum requiem poterimus adipisci. Considerantes, quod argentum & au-
rum non est nobis, quibus divites quasi elemosinis redimere consueverunt.

Pupil-

Pupilli ſumus absque Patre, immo iam mortui ſumus mundo, & non oremus pro invicem, perit memoria cum ſonitu. Quia ve ſoli, cum ceciderit & cætera, ſed Frater, qui adiuvatur à fratre, quaſi turris fortitudinis. Igitur ut ait Hyeronimus veſtra & utilis neceſſitudo & in Chriſti glutino copulata, quaſi non utilitas rei familiaris non præſentia corporum, non ſubdola & palpans adulatio, ſed divina ſtudia conciliant. Ipſo atteſtante; qui ait: Si duo ex vobis conſenſerint & cætera, ſi de quacunque re ſuper terram, quanto magis ſi cæleſtia petamus. Igitur unus ſpiritus & una fides amodo ſit in nobis, quam non rabida conſumens fratrum rubigo vetuſtas deleat, nec odioſa locorum diſtantia, non aliqua ſiniſtra parentheſis minuat aut corrumpat, debet etiam iſta ſalubris ſocietatis & confraternitatis lex ſcribi in tabulis cordis noſtri & filii, qui naſcentur & exſurgent, narrent ea filiis ſuis, multoque dignius & ſalubrius, quam amicitia Machabæorum pariter & Romanorum, quæ conſcripta in tabulis ereis conſervabatur. Decrevimus ergo ſigillatim & expreſſius ſubiungere & annotare, quæ vos pro nobis & nos pro vobis ſtatuimus facere in vita pariter ac in morte. Primo ut aliquo die apto & firmato iſtud decretum noſtrum in capitulo præſentibus omnibus fratribus annis ſingulis pro regula recitetur, & illo die fiet ſolemnis commemoratio fratrum cum maiori vigilia & miſſa celebretur cum miniſtris conſolatio, etiam ſaltum in uno ferculo ſeu pietatis fiat fratribus illo die præterea cum obitus alicuius ex vobis quantocius fuerit per litteras intimatus, lecta in capitulo littera corporalis recipiatur ab omnibus diſciplina adiunctis pſalmis, qui dici ſecundum conſuetudinem conſueverunt, & ſtatim nomine defuncti in ſcripto, ſi feſtum duplex non intervenit maiores vigiliæ & miſſa in mane pro defunctis ſolemniter celebretur aliis ſacerdotibus miſſas in ſequeſtro, alii infra ſacerdotium conſtituti dicent pſalterium & alia ſuffragia ad arbitrium ſuperioris, ſed ut Martha non videatur conqueri de Maria & cithara cum pſalterio bene concordent, volumus, ut quacunque neceſſitate ſeu ſolatii cauſa aliquibus ex vobis loca noſtra requirere & viſitare, quia iam non eſtis hoſpites & advenæ illos velut cives & domeſticos, immo velut noſtri Monaſterii Confratres excipiemus miniſtrantes eis præbendam vel in menſa Abbatis, vel in infirmaria poſt ægritudinem refici conſueverunt, ad quod nos & noſtros ſucceſſores perpetuo obligamus. Acta ſunt hæc Anno Domini Milleſimo, treceteſimo decimo tertio. Archiv. Mell. Scrin. 98. faſ. I.

Ego Bernardus de Medlico tam poſteros, quam præſentes ſcire volo huius paginæ inſpectores &c. *Legantur Monaſterio Mellicenſi quidam redditus de villa in Maezleinſtorff iuxta fluvium Piellach.* Has litteras patentes iuſſi tam mei, quam Domini Ottonis de Pylach ſigilli munimine roborari, cum nominibus teſtium ſubnotatis: qui ſunt: Dominus Fridericus de Sichtenberch, Dominus Fridericus Fleiſcheſs, Vlricus de Pylach milites: Eberhardus de Vichdorf, Vlricus & Henricus & Fridericus fratres ſui, Marquardus de Chuffarn, & plures alii fide digni. Actum & datum Medlici Anno Domini 1313. In craſtino B. Colomanni Mart. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 282. folio 520. Num. 24. Anno 1313.

Nos Vlricus miſeratione divina Abbas Monaſterii Medlicenſis ad univerſorum præſentium inſpectorum notitiam volumus pervenire quod fideli noſtro Vlrico de Reichersdorff, eiusque ſucceſſoribus decimarum proventus in villa dicta Reichersdorff de duobus feudis ibidem ſituatis contulimus iure Num. 25. Anno 1313.

ac titulo feudi &c. Testes: Dominus Bernhardus de Sweinwart, Dominus Ernsto de Sweinwart, Dominus Fridericus Fleischesse milites: Bernhardus Marquardus de Chuffarn, Hugo Senior Judex fori nostri Medlicensis, & alii quam plures. Actum & datum in Monasterio nostro supradicto. Anno Domini 1313. in die B. Valentini Mart. Archiv. Medlic. Tom. III. Num. 417. folio 904.

Num. 26. Anno 1314. Ego Rugerus de Schönleitten præsentium inspectoribus tam posteris, tam præsentibus notum facio &c. *Iste vendidit Abbati Mellicensi suam dimidiam curiam in Chreuspach.* In cuius rei testimonium evidens & cautelam, præsentem litteram mei, & fratris mei Vlrici, nec non Domini Ottonis de Wildenstain impressione sigilli feci characteribus consignari. Huius rei testes sunt: Dominus Wichardus de Topel, Dominus Dietricus de Sæscindorf, Wulfringus, & Bernardus fratres sui, Vlricus de Topel, Weichardus frater suus, Albero de Streitwesen, & plures alii fide digni. Actum & datum Medlici Anno Domini 1314. In die B. Valentini Episcopi. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 26. folio 41.

Num. 27. Anno 1314. Nos Petrus Dei gratia Abbas Monasterii Gottwicensis tenore præsentium universis præsentium inspectoribus fieri volumus manifestum. &c. *Concernit quandam commutationē certorum redditūum in Horburk & Sicesdorf inter Abbatum Gottvvicensem & Mellicensem.* Actum & datum Gottwicii Anno Domini 1314. In die B. Georgii Archiv. Mell. Tom. I. Num. 88. fol. 159.

Num. 28. Anno 1314. Nos Ulricus miseratione divina Abbas, Colomannus Prior, totusque Conventus Monasterii Medlicensis huius paginæ inspectores scire volumus &c. quod Dominus Dieterus de Immendorf Miles strenuus ibidem capellam fundavit de nostra conniventia: &c. Testes: Dominus Chunradus de Siczendorf, Dominus Alolfdus de Wullersdorf, Dominus Otto de Pyela Miles, Arnoldus de Praunsdorf, Albero frater suus, Ebranus de Grunt, Hertwicus de Grunt, Henricus Suppan, & alii quam plures. Datum in Monasterio nostro supradicto A. Domini 1314. In die B. Lucæ Evangelistæ. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 137. fol. 254.

Num. 29. Anno 1314. Ich Bernard, vnd ich Fridrich, vnd ich Otto, vnd ich Marchart, fleischliche Brieder von Häuslein wir Veriehen ꝛc. *Vendnuntur Abbati Mellic. annui canones sex solidorum de dimidio feudo in Leuzpach.* Versigelt mit vnsern Insigeln, vnd mit vnsers Vettern Insigl Herr Otto von Wildenstain, der diser red zeug ist mit seinem Insigel, vnd seint auch der Red gezeug: Herr Otto von Zelking Herr Weychart von Topel, Herr Weichart sein sohn, Chunrad von Streitwesen, Alber sein brueder, Fridrich von Leidme, und andre frume Leüth genueg ꝛc. Der Brieff ist geben zu Mölckh, da man zalt von Christes geburt 1314. Jahr. An sanct Geörgen Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 156. fol. 291.

Num. 30. Anno 1314. Ich Wernher von Taunprukh Vergich, und Tun kundt ꝛc. *Tabulæ venditionis, vi quarum venditur Abbati Mellicensi aliqua curia in Portscholla.* So gib ich disen offnen Brieff versigelt mit meinem Insigel, vnd mit meiner Ayden Insigel Albers von Acotsteten, Ottens von Lichtenwinkhel zu einer Vrkhundt ꝛc. Vnd seyndt der Red gezeüg: Herr Fridrich von Sichtenberch, ꝛc. denen die red wol kundt ist. Der Brieff ist gegebē zu Mölckh, da man zahlt von Christes geburth 1314. Jahr an St. Martini Tag. Achiv. Mell. Tom. I. Num. 327. fol. 604.

Num. 31. Anno 1314. Ich Chunradt von Werde Vergich an disem Brieff ꝛc. *Sunt literæ reversales propter decimas in Leoberstorff, quas Abbas Mellicensis Chunrado de VVerde ad*

dies

diesvitæ concessit. Vnd sint auch der red zeug Herr Cunrad von Potendorff, Herr Steffan von Meyssau, Herr Dietrich von Pilichdorff, Herr Vlrich von Pergau, vnd andere Herrn genueg ꝛc. Der Brieff ist geben ze Mölckh, da man zahlt von Christes geburdt 1314. Jahr an St. Jörgen Tag. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 406. folio 883.

Ich Fridrich der Rädler, vnd ich Gertraud sein Hausfrau, wir Veriehen und Thuen kundt ꝛc. *Iste vendit curiam suam in Alberndorff Abbati Mellicensi.* Versigelt mit meinem Insigel, vnd mit Herr Vlrich Insigl bey denen Mindern Briedern zu Wienn, und mit Herrn Hainrichen Insigl von Ratpach, die auch dises kauffs, vnd diser Sach gezeüg seindt mit ihren Insigeln. Diser Brieff ist geben, da von Christi geburdt ergangen waren 1315. Jahr, darnach an St. Görgen Tag. Arch. Mell. Tom. I. Num. 8. fol. 12. Num. 32. Anno 1315.

Ego Seyfridus dictus Neydawer in serie præsentium profiteor, & harum litterarum inspectoribus constare cupio universis &c. *Abbas Mellicensis emit canonem annuum de quodam feudo in Lanzing.* Actum & datum Medlici A. Domini 1315. In die B. Ambrosii Episcopi. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 157. folio 293. Num. 33. Anno 1315.

Ich Otto von Oberndorff Vergich vnd Thue kundt. ꝛc. *Huic Ottoni Abbas Mellicensis curiam in Rugendorff à quadam servitute liberat.* Versigelt mit meinem Insigel, vnd mit meines Herrn Insigel Herr Rudolffs von Arburch, der sach Schidman gewesen ist, vnd mit Herr Friedrich Insigel von Sichtenberg, die diser Sach gezeug seindt mit ihrẽ Insigeln; Vnd seint auch der red gezeüg Herr Weychart von Toppel, Herr Ludwig von Offing ꝛc. der Brieff ist gegeben zu Mölckh, da man zalt von Christes geburt 1315. Jahr an St. Valentini Tag Archiv. Mell. Tom. I. Num. 386. fol. 712. Num. 34. Anno 1315.

Ego N. tunc Priorissa Monialium in Minnepach profiteor publice per præsentes, me de communi consilio & consensu mei Conventus locasse Venerabili Domino Ulrico Abbati & suo Monasterio Medlicensi fructus & proventus decimarum scilicet annonæ in parochia fori Medlicensis, me & dictum meum Conventum respicientes ab antiquo per tres annos continue percipiendos, & in suos usus libere convertendos penitus sub hac forma, ut mihi & memorato Conventui decem modios siliginis & totidem modios avenæ, & unum modium tritici, & unum modium ordei, pro singulis modiis huius grani quadruplicis iam nominati triginta & unam metretam dando annis singulis hoc triennio durante, sub mensura communi, quæ Chremsæ habetur, de blado suarum decimarum ad domum dictæ congregationis meæ tempore solutionis decimarum sine diminutione qualibet, præfatus Dominus Abbas & suum Monasterium debeat assignare. Et hæc inviolabiliter observare tenetur idem Dominus Abbas, nisi si grando generalis in dicta parochia, vel sterilitas terræ, vel aliud infortunium probabile supervenerit, quo superveniente tenеor remissionem facere, vel quæcunque Priorissa pro tempore exstiterit, in dicta locatione eidem Domino Abbati & suo Monasterio. Qua iuxta terræ consuetudinem remissio huiusmodi est vallata. In cuius testimonium evidens, præsens scriptum præfato Domino Abbati & suo Monasterio dedi sigilli dictæ congregationis munimine roboratum. Datum in Minnpach. Anno Domini 1315. in die Beati Pancratii. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 416. fol. 903. Anno 1315.

Ich Fridrich, vnd ich Bernhard, vnd ich Otto, vnd ich Marchardt Fleischliche Brieder die Heüsler von Purggstall, wir Veriehen ꝛc. *Annuus canon de* Num. 35. Anno 1315.

 duo-

duobus feudis in Tolarn Abbati Mellicensi venditur. Versigelt mit unsern Insigl, und mit unsers Vetters Insigel Herr Otten von Wildenstein, und mit Herrn Fridrich Insigl von Leydem ꝛc. der Brieff ist geben zu Mölckh da man zahlt von Christes geburt 1315. Jahr, an unser Frauen Tag zu Liechtmessen. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 459. fol. 846.

Num 36. Anno 1315. Wir Niclas der Pölle zu den zeiten Burgermaister undt der Rath von der Statt ze Wienn Veriehen ꝛc. *Monasterio Mellicensi adiudicatur quædam domus Viennæ ante portam VVertherthor dictam.* Der Brieff ist geben zu Wienn, da von Christes geburt ergangen waren 1315. Jahr, des nechsten Sontag nach Osstern. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 488. fol. 911.

Num. 37. Anno 1316. Wir Rudolff von Gottes Gnaden Herzog zu Oessterreich, zu Steyr und zu Kärndten Tun khundt umb das guett ꝛc. *Donatur Monasterio Mellicensi ius proprietatis de feudo in Grasperch.* Geben daselbst zu Mölckh bey dem Closter, am Sambstag vor St. Lorenzi Tag. Nach Christi geburth 1316. Jahr. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 76. fol. 137.

Num. 18. Anno 1316. Wir Fridrich von Gottes gnaden Römischer König allzeit ein Mehrer des Reichs Veriehen offenleich ꝛc. *Rex Fridericus Monasterium Mellicense cum omnibus eiusdem bonis & hominibus in suam pro tectionem suscipit.* Und weillen wir von andern unsern, und des reichs grossen geschäfften, dis wir vor handten ha ben, nu bey dem Land nicht Verbleibẽ mögen, so habẽ wir den vorgeschrieben Abbt, sein Gotts-Haus, seine Leüth, und sein Gutt, und die Vogtey desselben Guetts unsern Lieben getreuen Dietrich von Pilichdorff unsern Marschalkh und Haubtman in Oessterreich besonderlich empfohlen ꝛc. Der Brieff ist geben ze Wienn, des Pfingstags in der ersten Fastwochen, da man zalt von Christi geburt 1316. Jahr unsers reichs in dem anderten Jahr. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 195. fol. 369.

Anno 1316. Sanctissimo in Christo Patri & Domino suo Clementissimo. Domino Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici Gotfridus miseratione divina Præpositus, Meingotus Decanus, & Capitulum Pataviensis Ecclesiæ vocante sede pastorali eiusdem Ecclesiæ devota pedum oscula Beatorum. Motus sanctæ recordationis Dominus Bernardus quondam Pataviensis Ecclesiæ Episcopus compassionis visceribus, super destructione & ruina Monasterii Medlicensis dictæ diæcesis immediate subiectum Romanæ Ecclesiæ, cuius miseriæ multiplices digne ad compassionem pertrahunt intuentes, parochialem Ecclesiam in Draskirchen, in quo dictum Monasterium Medlicense ius patronatus habet & habuit ex antiquo, de assensu nostro & Capituli nostri donavit in perpetuos usus eidem, salvis sustentatione perpetui vicarii, & aliis canonicis oneribus, prout in instrumentis exinde confectis plenius continetur. Sperans, quod ex donatione huiusmodi dictum monasterium à depressione paupertatis suæ possit feliciter resurgere, & onera sibi incumbentia tam spiritualiter, quam temporaliter facilius supportare. Verum etsi sedes Apostolica consueverit exhibere se omnibus petentibus liberalem, & de abundantia ipsius, omnibus indigentibus misericorditer & liberaliter succurratur, ratio tamen suggerit, ut speciali prærogativa ab eadem sede favorabilius in suis petitionibus admittantur, quos ipsa sedes exemptionis privilegio decoratos in proprios subiectos & speciales filios adoptavit; & ideo sanctitati vestræ provolutis genibus supplicamus, ut præmissam donationem, præfato Monasterio Medlicensi de Ecclesia in Draskirchen prædictam, faciant, ut efficax fiat & inconvulsa permaneat, auctorita-

te

te Apoſtolica in augmentis ſalutis veſtræ dignemini confirmare. Datum Patavii Anno Domini M. CCC. XVI. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 53. fol 95.

Ich Graff Heinrich der Eltere von Schaumberg, Verichen vnd Tun khundt Num. 39. Anno 1316.
ꝛc. *Monaſterium Mellicenſe liberatur à tribuendo telonio in Aſcha in deductione ſalium.* Der Brieff iſt geben ze Schaumberg, da von Chriſti geburdt ergangen waren 1316. Jahr, an aller Heilligen abendt. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 217. fol. 409.

Ich Perchtoldt der Achſteiner Vergich vnd Tue kundt allen denen ꝛc. *Venduntur Abbati Mellic. duæ curiæ in oppido Mellicenſi.* Der Brieff iſt geben Num. 40. Anno 1316.
ze Mölckh, da von Chriſtes Geburth waren ergangen 1316. Jahr, an Sant Mertens Tag. Arch. Mell. Tom. I. Num. 231. fol. 433.

Iohannes Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Iohanni Abbati Anno 1316.
& Conventui Monaſterii Medlicenſis Romanæ Eccleſiæ immediate ſubiecti ordinis ſancti Benedicti Patavienſis diæceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Expoſcit veſtræ devotionis ſinceritas, & Religionis promeretur honeſtas, ut tam vos, quos ſpeciali dilectione proſequimur, quam Monaſterium veſtrum dignis honoribus attollamus. Hinc eſt, quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu fili Abbas & ſucceſſores tui Abbates dicti Monaſterii, qui pro tempore fuerint, veſtes ſacerdotales, corporalia, calices, & alia ornamenta Eccleſiaſtica ad cultum divinum neceſſaria, nec non altaria dicti Monaſterii non conſecrata, conſecrare libere, & licite poſſitis, quibuscunque conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis contrariis nequaquam obſtantibus tibi Fili Abbas & eisdem Succeſſoribus auctoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri ac Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Bononiæ IV. Non. Februarii Pontificatus noſtri Anno primo. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 5. fol. 15.

Ich Otto von Trauen Vergich und Tue kundt ꝛc. *Litteræ reverſales propter anonymum quoddam feudum Domino Ottoni de Trauen ab Abbate Mellicenſi conceſſum.* Der Brieff iſt geben da von Chriſti geburth ergangen waren 1316. Jahr des Montags vor St. Veits Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 247. fol. 457. Num. 41. Anno 1316.

Ich Bernhardt, vnd ich Wulfnich Brieder von Schönleitten Verichen vnd Num. 42. Anno 1316.
Tun kundt ꝛc. *ab iſto emit. Abbas Mellicenſis canonē annuum 10. ſolidorum ſuper unam huebam in Meinleinsberg.* So ſezen wir vns die Vorgenante ich Bernhardt, vnd ich Wulfnich mit ſambt vnſern Vettern Herr Vlrichen den Schönleüttner, vnd Ludwig ſeinen Sohn ꝛc. zu rechten Scherm ꝛc. der Brieff iſt geben ze Mölckh, da von Chriſti geburdt ergangen waren 1316. Jahr. An St. Martini abent. Archiv. Mell. Tom I. Num. 274. fol. 507.

Ich Fridrich der Schweinwarter Vergich, vnd Tue kundt ꝛc. *Tabulæ emptionis, quibus Monaſteriū Mellicenſe emit unum feudum & duas areas in Meſſendorff.* Num. 43. Anno 1316.
Verſigelt mit meines Herrn Herr Erchengers von Weſen Inſigel ꝛc. Vnd ſeindt auch deſſen gezeüg: Herr Alram von Imling, Herr Fridrich der Fleiſcheß ꝛc. der Brieff iſt gegeben zu Mölckh, da von Chriſti geburt ergangen waren 1316. Jahr an St. Jacobi Tag. Archiv. Mell. Tom I. Num. 278. fol. 515.

Ich Ludwig von Zelking Vergich vnd Tue khundt ꝛc. *Titulo emptionis acqui-* Num. 44. Anno 1315.

 rit

rit Monasterium Mellicense 41. talentis denariorum monetæ Viennensis molendinum in Praitenaich. Vndt seyndt auch der red gezeüg: Herr Otto von Zelking, Herr Vlrich sein Sohn ꝛc. Der Brieff ist gegeben ze Mölckh, da von Christi geburdt waren ergangen 1316. Jahr. Darnach an St. Micheli Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 340. folio 626.

Num. 45. Anno 1316. Ich Jacob von Pilichdorff, vnd ich Hertneyd sein Sohn. Wir Veriehen ꝛc. hat gekaufft Herr Geörg der Puschinger, vnd sein Vatter Dietrich ꝛc. *Emphyteutica iurisdictio in Reisech venditur Monasterio Mellicensi 50. talentis denariorum monetæ Viennensis.* Versigelt mit vnsern Insigeln, mit Herr Vlrich Insigel des Pilichdorffer von Watenstein ꝛc. Seyndt auch der redt gezeüg: Herr Otto der Zelkinger von Scholach, Herr Otto von Wildenstain, Dietrich von Weissenberch Otto von Weissenberch vnd andere ꝛc. Der Brieff ist gegeben ze Mölckh, da von Christi geburth waren ergangen 1316. Jahr, an dem Precht Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 390. folio. 721.

Anno 1316. Joannes Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii Medlicensis ordinis S. Benedicti Pataviensis diocesis Salutem & Apostolicam benedictionē. Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod olim bonæ memoriæ Bernardus Pataviensis Episcopus gerens ad Monasterium vestrum piæ & plenæ devotionis affectum, ac attendens diligenter & considerans, quod Monasterium ipsum propter gwerarum discrimina, quæ in illis partibus multis temporibus invaluerant, & alias adeo erat collapsum, quod vos & facultatibus dicti Monasterii non poteratis aliquatenus sustentari, nec in eo regularem observantiam, ut decebat, observare, sed ipsum omnino dimittere, & extra illud vagari penitus cogebamini. Prius cum dilectis Filiis Capitulo Pataviensi diligenti ac pia & provida deliberatione super hoc præhabitis de ipsorum Capituli consilio & consensu pro sustentatione & reparatione ipsius Monasterii parochialem Ecclesiam de Draskürchen, in qua ius obtinebatis patronatus dictæ diæcesis, Rectore ipsius Ecclesiæ cedente, vel decedente, vobis & prædicto Monasterio à vobis tenendas in perpetuos usus auctoritate ordinaria prout spectabat ad eum, deputavit & concessit, prout in patentibus litteris inde confectis, dictorumque Episcopi & Capituli sigillis munitis plenius dicitur contineri. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc pie ac provide factum est, ratum & gratum habentes id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinion. XVI. Kal. Maji Archiv. Mell. Tom. I. Num. 49. folio 90.

Num. 46. Anno 1316. Item Herr Otto von Traun hat zu Lehen gehabt einen zehent zu Neydegg vnd Zanckendorff. Anno 1316. Prothocollum feudale Monasterii Mell. folio 4.

Num. 47. Anno 1317. Nos Meingotus Dei gratia Præpositus, Meingotus Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Pataviensis præsentibus publice confitemur &c. *Est consensus in incorporationem Ecclesiæ in Traskirchen à Bernardo Episcopo Monasterio Mellicensi factam.* Datum Patavii Anno Domini 1317. in die B. Willibaldi Episcopi. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 45. fol. 85.

Ich

Ich Bernhardt der Vrel, vnd ich Gertraud sein Hausfrau Veriehen, vnd Thuen kundt ꝛc. *Venduntur Monasterio Mellicensi quidam redditus in Maur super uno feudo ibidem.* Der Brieff ist gegeben ze Mölckh, da von Cristi Geburth waren ergangen 1317. Jahr, darnach des Suntags in der ersten Fastwochen. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 266. fol. 493. Num. 48. Anno 1317.

Ich Fridrich der Leidmer vnd ich Dymut sein Hausfrau des Taunberger Tochter ꝛc. *Abbas Mellicensis comparavit 4. feuda in Nusdorf, cum uno nemore ibidem 76. talentis denariorum Viennensium.* Darumb gib ich disen Brieff versigelt mit meinem Insigl, vnd mit Vlrich Insigl von Michelstetten, vnd mit des Ottenstetter Insigl ꝛc. Der Brieff ist gegeben ze Mölckh, da von Christi Geburth waren ergangen 1317. Jahr, darnach an St. Mar. Magdalena Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 288. fol. 534. Num. 49. Anno 1317.

Ich Hainrich von Weichslbach, vnd ich Gertraud sein Hausfrau Veriehen, vnd Tuen kundt ꝛc. *Emit Monasterium Mellic. proprietatem alicuius feudi in Sirnich 20. talentis denariorum Viennensium.* Versigelt mit meinem Insigl, vnd mit meiner Brieder Rugers vnd Carls Insigeln ꝛc. vnd seint auch dessen Gezeüg: Herr Otto von Zelking, Herr Vlrich sein Brueder, Herr Adam von Emling, vnd andere frume Leuth genueg ꝛc. Der Brieff ist gegeben ze Mölckh, da von Christi Geburdt ergangen waren 1317. Jahr, darnach an Sanct Marien Madlenen Tag. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 415. folio 770. Num. 50. Anno 1317.

ciali nostro aliquamdiu ventilata fuisset, demum supradictæ partes pro bono pacis & concordiæ in honorabiles viros Magistrum Petrum Dekinger Licentiatum in decretis, & Erchardum Schirdl in Nappersdorf Parochialium Ecclesiarum Rectores & Canonicos collegiatæ Ecclesiæ Sancti Stephani, alias omnium Sanctorum Viennæ nostræ diæcesis antedictæ concorditer compromiserunt, tanquam in arbitratores & amicabiles compositores, prout in instrumento compromissi super hoc edito clarius continetur, cum ad complacendum dictis partibus onus huiusmodi arbitramenti in se assumentes sententiam arbitralem coram nobis producta inter ipsas partes pronuntiaverunt, cuius tenorem habere volumus pro expresso. Quapropter supra dicti Abbas & Conventus nobis humiliter supplicabant, ut huiusmodi sententiam dignaremur auctoritate nostra confirmare; nos vero huiusmodi suæ petitioni rationi consonæ, & ad pacem tendenti favorabiliter annuentes, viso prius & collato toto huiusmodi arbitrio, quod iustum & æquum reputamus, sententiam huiusmodi in singulis suis punctis & articulis auctoritate nostra ordinaria approbamus in Dei nomine, ac etiam confirmamus, volentes ipsam habere robur perpetuæ firmitatis. Salvo tamen eo, quod quotiescunque dictam Ecclesiam vacari contigerit, quod tunc Abbas & Conventus dicti Monasterii pro tempore existentes nobis vel successoribus nostris infra tempus iure statutum personam debent idoneam præsentare. Harum sub impensione nostri sigilli testimonio litterarum. Datum Wiennæ 23. die mensis Martii Anno Domini 1412. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 469. fol. 862.

Ich Leopold, vnd ich Berchtold baide Gebrieder der Wehinger Vergehen vnd Thuen khundt ꝛc. *Isti vendiderunt Abbati Mellicensi unam vineam in Kalenberg Gausrab dictam.* Vnd mit des benanten Weingartens Grundtherren aignen anhangendten Insigl, Herr Petreus von Respitz. Geben an St. Tiburti Tag nach Christi geburt 1412. Jahr. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 38. folio 63. Num. 18. Anno 1412.

Ich Otto von Meyssau Obrister Marschalch vnd Obrister Schenckh in Oesterreich, bekhenne für mich ꝛc. *Fundatur anniversarius pro Ottone de Meissau & familia ipsius.* Versigelt mit meinem vnd des Edlen meines lieben getreuen Heinrich des Klamer anhangenten Insigl. Geben zu Horn, am Mitwochen nach Mitfassten, nach Christi geburt 1412. Jahr. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 226. fol. 425. Num. 19. Anno 1412.

Georgius Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Pataviensis. Ad futuram rei memoriam &c. *Adiudicatur Monasterio Mellicensi ius patronatus parochiæ in Tatendorf.* Datum Wiennæ 23. die mensis Martii Anno Domini 1412. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 469. fol. 862. Num. 20. Anno 1412.

Anno Domini 1412. in die S. Matthiæ Apostoli. Item Herr Godfrid von Wildungsmaur hat empfangen zu Lehen Güetter zu Nussdorff. Proth. Feud. Mell. fol. 70. Num. 21. Anno 1412.

Item Herr Wulfing von Haslau hat empfangen zu lehen den zehent zu Schönkirchen. Actum Wiennæ fer. 3. post Reminiscere. Proth. Feud. Mellic. fol. 71. Num. 22. Anno 1412.

Item Niclas der Sebekh hat empfangen den Hoff zu Pratess. Datum & actum in Dominica Oculi Anno 1412. Protho. Feudale Mell. folio 74. Num. 23. Anno 1412.

Num. 24. Anno 1412. Item Herr Hanns von Potendorff hat empfangen an seiner Vettern stat Herr Hannsen von Potendorff Kinder von Kirchschlag einen zehent in der Leoberstorffer Pfarr. Actum Wiennæ fer. 2. post Domin. Oculi. Anno 1412. Proth. Feud. Mell. folio 75.

Num. 25. Anno 1412. Item der Hochwürdige Vatter in Gott vnd Herr Herr Vlrich Bischoff zu Brixen hat aufgesandt mit seinem offnen Brieff den Hoff zu Mödling. Anno 1412. Proth. Feudale Mell. folio 79.

Num. 26. Anno 1412. Item Albrecht von Geshaim hat genohmen zu Lehen den Hoff zu Chuesfarn. Datum in Mölkh Anno 1412. Proth. Feud. Mell. folio 79.

Num. 27. Anno 1412. Item Herr Hainrich Klamer von Piellach hat empfangen ein Lehen zu Hezleinstorff. Datum in Mölckh Anno 1412. Proth. Feud. Mell. folio 86.

Num. 28. Anno 1412. Item Herr Reinprecht von Walsee hat zu Lehen von dem Gottshaus zu Mölckh von erst die Vesst zu Gunderstorff ꝛc. Acta sunt hæc in die S. August. in Mölckh Anno 1412 Proth. Feud. Mell. folio 87.

Num. 29. Anno 1412. Item Herr Georg der Stüchs hat empfangen seine Lehen, die er hat von dem Closter Mölckh ꝛc. Actum fer. 2. post Colomanni Anno 1412. Proth. Feud. Mell. folio 92.

Num. 30. Anno 1412. Item Herr Kadolt von Ekartsau hat fleissig gebetten, daß wir ihm ain Verzeihung Thuen von der Lehen wegen, die er von dem Gotshaus hat ꝛc. Actum Anno 1412. Prot. Feud. Mell. fol. 93.

Num. 31. Anno 1413. Ich Hanns der Gneukhs, vnd ich Elzbet sein Hausfrau. Wir Verlehen ꝛc. *Parochus in Prateß emit unam vineam in Mazen.* Vnd mit des obgenanten Pukhherrn des Edlen Herren Mazen von Haunfeld auch anhangenden Insigel ꝛc. Darzue haben wir fleissig gebetten die Edlen Stephan den Meissingdorffer, vnd Hannsen den Alacher, das sie der sach gezeüg seint ꝛc. Geben ze Wienn nach Christi geburt 1413. Jahr. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 217. fol. 573.

Num. 32. Anno 1414. Ich Johannes von Gottes gnaden Abbt ze Melkh bekhennen vnd Thuen kunt mit dem offen Briefe, das der Edel Herr Herr Gorig der Stuchs von Trautmanstorff mit seinem offen Brieff vns aufgesandt ꝛc. *Litteræ feudales propter decimas quasdam in Paden.* Vnd bath vns mit Vleis, das wir die vorgenanten zehent, dienst ꝛc. Verlihen dem Edlen Seyfriden dem Rizendorffer, vnd seinen Erben ꝛc. Geben ze Melckh am Mitichen vor dem Heyl. Prechen Tag. Nach Christi geburt 1414. Jar. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 90. fol. 248.

Num. 33. Anno 1415. Ich Gorig der Paltndorffer von Immendorff Vergich für mich ꝛc. *Amicabilis compositio propter terminos cuiusdam sylvæ prope VVullersdorf.* Vnd das zu vrkhund gib ich der Edel Gorig Paltendorffer für mich vnd mein Erben den Brieff mit meinem anhangunden Insigel ꝛc. Geben ze Immendorff nach Christi geburth 1415. Jahr an dem Heyl. St. Gorigien Tag. Arch. Mell. Tom. IV. Num. 197. fol 576.

Anno 1415. Sacrosancta & generalis synodus Constantiensis dilectis Ecclesiæ Filiis Abbati & Conventui Monasterii Mellicensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ord. S. Bened. Pataviensis diæcesis salutem & Dei Omnipotentis benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est & honestum tam vigore æquitatis, quam etiam ordo exigit rationis, ut ut per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum, ea propter dilecti in Domino

no Filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras & Monasterium vestrum prædictum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri protectione suscipimus, atque nostra, nec non omnes libertates & immunitates à Romanis Pontificibus sive per privilegia, vel alias indulgentias vobis & eidem Monasterio vestro prædicto concessas, ac libertates & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, Principibus & aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & præfato Monasterio indultas cum pertinentiis suis, sicut ea omnia iuste & pacifice possidetis, vobis & per nos eidem Monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Constantiæ II. Cal. Novemb. Anno à Nativitate Domini 1415. Archiv. Mell. Scrin. 3. fasc. 1.

Ich Otto von Meyssau Obrister Marschalch, vnd Obrister Schenckh in Oesterreich Vergich ꝛc. *Donatio quorundam redditwum de una area in Ainöed Monasterio Mellicensi facta.* Geben zu Horn nach Christi geburt 1416. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 434. folio 962. Num. 34. Anno 1416.

Johannes Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii Medlicensis Ordinis S. Benedicti Pataviensis diæcesis salutem & Apostolicam Benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod olim bonæ memoriæ Wernhardus Episcopus Pataviensis gerens ad vestrum Monasterium piæ & plenæ devotionis affectum, & attendens diligenter & considerans, quod Monasterium ipsum propter gwerarum discrimina, quæ in illis partibus multis temporibus invaluerant, & alias adeo erat collapsum, quod vos ex facultatibus dicti Monasterii non poteratis aliquatenus sustentari, nec in eo regularem observantiam, ut decebat, observare, sed ipsum omnino dimittere, & extra illud vagari penitus cogebamini, prius cum dilectis Filiis Capitulo Pataviensi diligenti ac pia & provida deliberatione super hoc præhabitis, de ipsorum Capituli consilio & Consensu pro sustentatione & reparatione ipsius Monasterii parochialem Ecclesiam de Dreskirchen, in qua ius obtinebatis Patronatus prædictæ diæcesis Rectore ipsius Ecclesiæ cedente vel decedente, vobis & prædicto Monasterio à vobis tenendam in proprios usus auctoritate ordinaria, prout spectabat ad eum, deputavit & concessit, prout in patentibus litteris inde confectis, dictorumque Episcopi & Capituli sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc pie ac provide factum est, ratum & gratum habentes id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apo- Anno 1416.

postolorum eius se noverit incursurum. Datum Avignione 16. Kal. Maii. Pontificatus nostri anno primo. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 371. fol. 778.

Num. 35. Anno 1417. Ich Michael Wagner Burger zu Baaden Vergich &c. *Venditur quædam vinea in Paden Religioso viro Ægidio Schrukenreiter Custodi in Monasterio Mellicensi.* Versigelt mit des Ehrwürdigen geistlichen Herrn, Herrn Lienharts die zeit Prior ze Gemnikh anhangendten Insigl &c. Der Brieff ist geben nach Christi geburth 1417. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 101. fol. 282.

Num. 36. Anno 1418. Anno 1418. Hoc anno Albertus V. Dux Austriæ missis solemnibus Ambassiadoribus, videlicet Comite de Schaunberg, Stephano de Hohenberg, & Georgio de Starhenborg, una cum solemnibus Doctoribus Theologiæ, & iuris Canonici impetravit sibi dari de Italia Monachos Ordinis S. Benedicti ad reformandum Monasteria eiusdem Ordinis in Austria. Chron. Mell. M. S. de hoc anno.

Num. 37. Anno 1420. Ich Albrecht von Gottes Gnaden Herzog zu Oesterreich, zu Steyr, zu Kerndten, zu Krain, Herr auf der Windischen March, und ze Partenau, Graff zu Habspurg, zu Tyroll, ze Phyrt, und ze Kiburg, Marggraff zu Purgau, und Lantgraff in Elsazzen, bekhennen, das uns die Erbaren Geistlichen &c. *Confirmatio privilegiorum Monasterii Mellicensis.* Und des ze urkhund geben wir ihn den Brieff versigelten mit unsern grossen Fürstlichen anhangenden Insigl, der geben ist ze Wienn am Montag vor Gots Leichnambs Tag. Nach Christi geburth 1420. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 391. fol. 843.

Anno 1420. In nomine Domini Amen. Quia enim frater adiuvans fratrem civitas firma, sapientis sententia prædicatur, & id inter fideles unio efficiat charitatis, ut, quod per quemlibet eorum clemens Dominus operatur, singulorum meritis tribuat incrementum, debemus charitatis operibus nos mutuo fovere, & sanctorum operum exercitiis pro posse alterutrum suffragari, potissime tamen illis videtur subveniendum, qui iam extra statum merendi positi aliorum se exspectant subsidiis à pænalibus relevari. Proinde nos Andreas Præpositus totusque Conventus S. Dorotheæ in Wien Ordinis S. Augustini Canonicorum regularium Pataviensis diæcesis matura deliberatione fraternitatem contrahimus, seu contractam præsentium tenore roboramus cum Reverendo in Christo Patre ac Domino Domino Nicolao Abbate totoque Conventu Monasterii Mellicensis Ordinis S. Benedicti eiusdem diæcesis decernentes, ut præfati Patres & Domini Monasterii prænominati participes sint in vita pariter & in morte missarum, orationum, abstinentiarum, vigiliarum, elemosinarum omniumque bonorum, quæ in dicto nostro Monasterio S. Dorotheæ in Wienna per præsentes & posteros nostros divina dignabitur clementia operari. Adicientes insuper, quod cum fratris unius vel plurium de dicto monasterio Mellicensi dies obitus fuerit intimatus, vigilias maiores & missam defunctorum sub nota cum commendatione iuxta consuetudinem nostri ordinis persolvemus consequenter quilibet sacerdotum, quam cito poterit, celebrabit unam missam defunctorum, non sacerdos vero unam quinquagenam psalmorum, & fratres Conversi centum orationes Dominicas cum totidem Ave Maria dicere tenebuntur. In Præmissorum omnium testimonium sigilla Præpositi & Conventus prædicti Monasterii præsentibus sunt appensa. Datum Wiennæ in Monasterio prænominato. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Vicesimo. Vicesima die mensis Martii. Archiv. Mell. Scrinio 98. fasc. 2.

Ich

Ich Brueder Philipp Prior, und der ganz Convent, des Haus unser Frauen Thron ze Gämnikh Carthauser Ordens, Vergehen für uns ꝛc. *Isti vendiderunt domum suam in Stain Monasterio Mellicensi.* Geben nach Christi geburth 1422. Jar. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 443. fol. 993. Num. 38. Anno 1422.

Et ego Frater Franciscus Prior dictus Portæ Cæli Ordinis Charthusiensis immeritus quoque Visitator una cum dilecto Patre Domino Friderico Seniore Monacho Professo dicti ordinis socio & Convisitatore per me electo attendens consilium Venerabilis Patris Domini Leonardi olim Prioris domus Throni in Gemnico eiusdem ordinis super venditione domus in Stain in præsenti contractu seriosius exarata & per ipsum tempore, quo Prior dictæ domus erat initiata & progressa præfatæ domui fuisse infallanter accomodum attendens superinde, quod Venerandus Pater Dominus Philippus Prior modernus dictæ domus & pendente visitatione electus & confirmatus una cum Monachis suis Conventum facientibus de & cum Consilio dicti Patris Domini Leonardi iterato dictam venditionem perducere voluit operis ad effectum: attendens etiam conclusive, quod in præfata venditione cum licentia per me & socium meum eis data fuit omnis iuris solemnitas observata. Idcirco præfatis respectibus inductivis ipsam venditionem tanquam iuridicam & honestam potestate ordinis, qua fungor, plenaria in hac parte, de qua potestate per litteram pergameneam cum sigillo appenditio & in cera viridi coloris impresso roboratam, & per me Reverendo Patri meo & Domino Domino Nicolao Abbati Mellicensi pro sua indemnitate servanda traditam clare constat, una cum socio meo præfato laudavi, approbavi, ac etiam confirmavi. Et iterato ad uberiorem cautelam dictam venditionem laudo, approbo, & serie cum præsenti confirmo. Nihilominus ad prælibatum contractum tam de iure, quam de ordine per amplius validandum istam confirmationem manu propria scripsi & sigillum parvum authenticum, quo utor in via, præsentibus appendi in robur & testimonium præmissorum. Et ego Fridericus Senior Monachus Professus Ordinis Carthusiensis idem cum socio meo Convisitatore sentiens in materia praiacenti me propria manu subscribo. Anno 1422. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 444. fol. 996. Anno 1422.

In nomine Domini Amen. Quia Frater adiuvans fratrem civitas firma sapientis prædicatione describitur & inter fideles unio efficiat charitatis, ut quæ per quemlibet eorum clemens Dominus operatur, singulorum multis tribuat incrementum, debemus charitatis operibus nos mutuo iuvare, & piorum operum exercitiis pro posse alterutrum suffragari. Potissimum tamen illis subveniendum videtur, qui iam extra statum merendi positi aliorum se exspectant subsidiis à pænalibus relevari. Proinde nos fratres Nicolaus Præpositus Monasterii sanctæ Mariæ in Tirenstein Ordinis S. Augustini Canonicorum regularium pataviensis diæcesis matura deliberatione præhabita fraternitatem contrahimus, seu contractam tenore præsentium roboramus, cum venerabilibus in Christo fratribus Domino Nicolao Abbate totoque Conventu Beatorum Petri & Pauli Apostolorum in Mellico Ordinis S. Benedicti eiusdem pataviensis diæcesis decernentes, ut præfati Domini & fratres nostri prædicti Monasterii participes sint in vita pariter & in morte missarum, orationum, abstinentiarum, vigiliarum, elemosinarum omniumque bonorum, quæ in nostro præfato Monasterio per præsentes & posteros nostros di- Anno 1422.

vina

vina dignabitur operari clementia. Adicientes insuper, quod cum fratris unius professi vel plurium de dicto Monasterio mors obitusque dies nobis fuerit intimatus, post consuetas vigilias missam cum recommendatione iuxta consuetudinem nostri Monasterii persolvemus. Consequenter quilibet Sacerdotum ipso vel alio die leget unam missam, non Sacerdos vero unam quinquagenam psalmorum, & fratres Conversi centum orationes dominicas cum totidem Ave Maria dicent. In præmissorum omnium testimonium sigilla Præpositurae & Conventus præfati Monasterii in Tirenstein præsentibus sunt appensa. Datum in iam dicto Monasterio Tirenstein. Anno Domini Millesimo, quadringentesimo vigesimo secundo. in die Sancti Leonardi Confessoris. Archiv. Mell. Scrin. 98. fas. 2.

Anno 1422. In nomine Domini Amen. Quia Frater adiuvans fratrem civitas firma sapientis prædicatur sententia. Et id inter fideles unio efficiat charitatis, ut, quod per quemlibet eorum clemens Dominus operatur, singulorum meritis tribuat incrementum. Debemus charitatis operibus nos mutuis fovere, & sanctorum operum exercitiis pro posse alterutrum suffragari. Potissimum tamen illis subveniendum videtur, qui iam extra statum merendi positi aliorum se exspectant subsidiis à penalibus relevari. Proinde nos Nicolaus Abbas totusque Conventus Beatæ Mariæ semper Virginis ad Scotos Viennæ Ordinis S. Benedicti Pataviensis diæcesis matura deliberatione præhabita fraternitatem contrahimus, seu consortium tenore præsentium roboramus. Cum Venerabili in Christo Patre Domino Nicolao Abbate totoque Conventu Venerabilis Monasterii Mellicensis eiusdem ordinis prædictæ Pataviensis diæcesis decernentes, ut præfati Domini & Fratres nostri prænominati Monasterii participes sint in vita pariter & in morte missarum, orationum, abstinentiarum, vigiliarum, elemosinarum omniumque bonorum, quæ in nostro prænominato per præsentes & posteros nostros divina dignabitur clementia operari. Adicientes insuper, quod cum Fratris unius professi vel plurium de dicto Monasterio Mellicensi dies obitus nobis fuerit intimatus, vigilias maiores, missam sub nota cum commendatione iuxta consvetudinem nostri Monasterii persolvemus. Consequenter quilibet Sacerdotum ipso vel alio die leget unam missam, non Sacerdos vero unam quinquagenam psalmorum, & fratres Conversi centum orationes dominicas cum totidem Ave Maria dicere tenebuntur. In præmissorum omnium testimonium sigilla Abbatis & Conventus Monasterii præfati sunt appensa. Datum Viennæ in præfato nostro Monasterio. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo vicesimo secundo. quarta die mensis Maji. Archiv. Mellicii Scrinio 98. fas. 2.

Num. 39. Anno 1423. Ich Pilgrem von Puechhaimb Vergich für mich ꝛc. *Venditur Monasterio Mellicensi aliquod pratum in Veliben.* Der Brieff ist geben ze Wienn nach Christi geburt 1423. Jahr. An Montag vor St. Katrein Tag. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 32. folio 86.

Num. 40. Anno 1423. Wir Albrecht Herzog ze Oesterreich, ze Steyr, ze Kärnten, ze Krain, Grafe ze Tyroll ꝛc. Bekhenen das für Uns khomen Unsere Getreüe Hannß und Wolffgang die Rädebruner, und Fridrich der Häring, und bathen demütiglich, das Wir ihnen geruheten zuuerleihen den Hoff ze Meisldorff ꝛc. Geben ze Wienn an Eritag nach Gots Leichnambs Tag. Nach Christi geburt 1423. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 49. fol. 123.

Ich

Ich Margareth Hannsen des Rädebruner Hausfrau, Stephans von Peterstorff Tochter, vnd mit sambt mir all mein Erben Vergehen ꝛc. *Hæc dedit Monasterio canonem emphyteuticum de quadam curia in Meisldorf.* Vnd wann ich ietzund gegraben Insigel nicht enhab, so hab ich fleissig gebetten den obgenannten meinen lieben Man Hannsen den Rädebruner, vnd die Edlen Wolffgangen dy Rädebruner seinen Brueder, vndt Fridrichen den Häring meinen lieben Ayden ꝛc. Vnd zur bessern sicherheit, vnd stättung der sach hab ich fleissiglich gebetten den Edlen Hannsen den Gneussen das er der sach zeüg sey mit seinem anhangenden Insigel ꝛc. Der Brieff ist geben nach Christi geburt 1424. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 47. fol. 117. Num. 41. Anno 1424.

Wir Albrecht von Gotes gnaden Herzog ze Oessterreich, ze Steyr, ze Kerndten, vnd ze Krain, Marggraff ze Mehrern, vnd Graue ze Tyrol ꝛc. Entbiethen denen Ambtleüthen gemain kleichen vnter dem Gepürg zu Perchtoldstorff, zu Medling, zu Prun, zu Enzerstorff, zu Pfaffstetten, zu Paden, vnd in allen andern Merkhen, vnd dörffern, da das Closter zu Melk zehent hat, den diser Brief gezaigt wird, Vnser gnad und alles gut. Es ist an vns komen, wie daz etleich vnter Eur nit rechten zehent geben wellen, als zehents recht ist, vnd ir doch Phlichtig seit. Emphelen wir Eur allen vnd euer yetleichen besunder ernstleich, vnd wellen, daz ir dem egenanten Gotzhaus zu Melkh, vnd seinen Anwelten rechten zehent raichet vnd gebet: vnd ir zehentner in Euer Keller, dieselben zehent anzeslahen geen lasset an widerred, vnd des nicht lasset. Wann wer darwider Tet, das wer swerleich wider vns, vnd wolten den darumb schaffen zupessern. Geben zu Wienn an Mittichen vor sant Kolmans Tag. Anno Christi 24. Dominus Dux per se. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 133. fol. 368. Num. 42. Anno 1424.

Anno 1424. Georgius de Hohenloch, qui sedit annis 38. in Episcopatu Pataviensi, Strigonii moritur. Pro quo Leonardus Layminger sub discordia partis Capituli sui, & Alberti Ducis Austriæ per Martinum Papam V. subrogatur. Chron. Mell. M. S. de hoc anno. Num. 43. Anno 1424.

Invocato Christi nomine. Nos Erhardus divina permissione Præpositus, Joannes Decanus, totumque Capitulum Ecclesiæ Intemeratæ Virginis Mariæ in Vnderstorff Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Frisingensis diæcesis. Quia iuxta Beatum Bernhardum, ut scribit in Epistola ad Carthusienses cum omni fiducia charitas pulsat ad ostium amicitiæ nequaquam putans se pati debere repulsam, quæ amicitiarum se matrem novit. Item illa siquidem vera & sincera charitas est, qua proximi bonum ut nostrum diligimus. Nam qui magis aut certe suum diligit solum convincitur non caste amare bonum, quod utique propter se diligit, non propter ipsum. Eadem ergo & non ficta charitate nos ferventius instigante, ne in recidivæ quæstionis scrupulum relabatur, huius scripti præsidio communimus, ac imposterum perpetuo nos obligantes profitemur ex intimo cordis affectu confraternitatem impendere in vita pariter & in morte vobis Religiosis ac Venerabilibus in Christo Patribus ac Domino Domino Nicolao Abbati, N. Priori totique Conventui Monasterii in Mellico Ordinis S. Benedicti Pataviensis diæcesis quorundam ex nostris professoribus olim sanctam vestram ac laudabilem conversationem intuentium Anno 1424

O nos

nos singuli pari concordia satisfacere cupientes omnium bonorum operum videlicet missarum, orationum, psalmorum, vigiliarum, ieiuniorum, abstinentiarum, elemosinarum, disciplinarum, cæterorumque spiritualium exercitiorum quæ per nos & nostros successores clementia Salvatoris operari dignabitur, participes facimus & consortes in vita vestra pariter & in morte. Adicientes de benevolentia spirituali, quod, cum obitus cuiuslibet vestrum, quem Deus felicem faciat, nobis aut posteris nostris per vestras litteras, aut alias per certum nuntium fuerit nuntiatus ex tunc pro animarum vestrarum remediis, sicut pro nostris charissimis in Christo fratribus orationes salutares in communi Conventu fieri decernemus. Vt autem huiusmodi communicatio & fraternitatis compromissio rata & firma permaneat in futura tempora, præsentes vobis damus litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum nostro in Monasterio Decimo Kal. Decembris Anno ab Incarnatione Domini Millesimo Quadringentesimo vicesimo quarto. Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 2.

Num. 44. Anno 1427. Wir Brueder Hanns die zeit Prior, vnd der ganz Convent des Gotshaus unser Frauen Porten zu Agspach des Ordens von Carthus. Bekhennen ꝛc. *Abbas Mellicensis convertit illis duas areas feudales in emphyteuticas.* Der Brieff ist geben nach Christi geburt 1427. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 431. folio 957.

Num. 45. Anno 1427. Ich Purkhart Schwanfelder, vnd ich Katarina sein Schwester vnd Wolfgang des Rath zu Rueprechtshofen Hausfrau Vergehen ꝛc. *Emit Monasterium Mellicense curiam in Tolbach.* Vnd wann ich Katarina sein Schwester aigens gegrabnes Insigls nicht enhab, so hab ich mit Vleiss gebetten den Elen Hannsen den Stainberger, das er sein Insigel an meiner stat an den Brieff gehangen hat ꝛc. Geben am Pfingstag vor Kathedra Petri, nach Christi geburth 1427. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 11. fol. 21.

Num. 46. Anno 1427. Wir Herman Graff ze Cili, vnd in dem Seger ꝛc. Bann in den Windischen Landen. Bekhennen für vns ꝛc. *Arbitramentum propter decimas quasdam in Prun & Mödling.* Darumb wir vnsers Theils mit fleiß gebetten haben die Erbaren Weisen Pauln den Würffl die zeit Burgermaister ze Wienn ꝛc. Der Brieff ist geben zu Cili nach Christi geburt 1427. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 51. folio 114.

Num. 47. Anno 1428. Wir Albrecht von Gottes gnaden Herzog zu Oesterreich, zu Steyr, zu Kärndten, vnd zu Crain, Marggraff zu Mähren vnd Graff zu Tyroll ꝛc. Entbiethen unserm getreuen ꝛc. dem Veldrichter ze Crembs vnser gnad vnd alles guts. Vns ist angelangt, wie du des Gotzhaus von Mölckh Ambtleüth vnd Anwält irrest, vnd mainst Sy sollen von ihrer züns wegen auf iren Gründten nicht verbietten, noch aufhalten, sondern sy sollen dis mit dir Tuen. Vnd wen das wider ir frey Tuen ist, damit Sy von Vnsern Vorfaren, vnd vns begnadt, vnd befreyet seint. Dauon empfehlen Wir dir vnd wellen ernstlich, das du Sy an solchen Verbietten vnd aufhalten auf ihren Gründten nicht irrest, daran Tuestu vnser ernstliche mainung. Geben zu Mölckh an Montag vom Sant Micheli Tag. In 14hundert vnd 28. Jahr. d. d. per Serenissimum. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 146. fol. 410.

Venera-

Venerabili in Christo Patri, nec non Religiosis viris & Dominis. Domino Leonardo Abbati, Joanni Priori totique Conventui Monasterii Mellicensis Ordinis Sancti Benedicti Pataviensis diæcesis. Frater Conradus Abbas, Petrus Prior totusque Conventus Monasterii Beatæ Mariæ in Obernburg ordinis eiusdem Aquilegensis diæcesis. Cum devotis orationibus, reverentiæ & obsequii totum posse pensantibus & diu sollicite revolventibus, quod homo velut umbra velociter transeat, & velut lanugo, quæ flatu venti tollitur, & ceu fumus dispersus in aëre quasi in nihilum redigatur, nec tunc sciri possit, quis sit dignus odio vel amore expedire videbatur super omnia & ad hoc operose intendere, quomodo mutuis orationibus & labore transitorio quietem perpetuam possimus emercari. Hinc est, quod nos fraternitatis vestræ consortium totis nisibus affectantes vos omnes & singulos de omnium nostrum voluntate in nostram fraternitatem recipimus vobisque ac successoribus vestris promittentes veram ac legitimam tam vivis, quam defunctis confratribus fraternitatem exhibere, & ea impendere, quæ nostris Confratribus pia & approbata consuetudine impenduntur, videlicet cum fratris unius aut plurium dies obitus innotuerit cum vigiliis defuncto missis aliisque operibus piis iuxta Monasterii nostri observantiæ consuetudinem ipsius aut ipsorum memoriam facientes vosque participes omnium piarum operationum nostrarum, quæ per nos & Confratres nostros operari dignabitur salvatoris clementia, intimo facimus ex affectu in vita & in morte, ut, qui nexu carnalis amoris hic in Christo fideliter coniungimur, solutis corporibus in spiritu feliciter coniungemur, & ut compromissæ fraternitatis vinculum ex parte nostra inconvulsum permaneat, ac successorum nostrorum præsentem litteram sigillorum nostrorum Abbatis & Conventus munimine duximus roborandam. Datum in Obernburg feria sexta proxima ante Georgii Martyris sancti. Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octavo. Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 2. Anno 1428.

Anno 1428. Hoc anno in die S. Nicolai Dominus Dux Albertus V. consensit accipere Dominum Leonardum Layminger in Episcopum Pataviensem, & tota Patria secum: & fuimus per Dominum Eberhardum Archiepiscopum Salisburgensem iussu Papæ absoluti ab excommunicatione. Chron. Mell. M.S. de hoc anno. Num. 48. Anno 1428.

CAPUT XV.

Idem continuatur ab Anno 1430. *ad* 1450.

Wir Johannes von Gottes gnaden Abbt zu Sanct Maria Cell. Ich Heinreich der zeit Prior, vnd Wir N. Convent gemainiglich daselbst. Bekhennen rc. *Litteræ emptitiæ propter quandam domum in Soss.* Der Brieff ist geben am Mitichen nach sanct Gregori Tag, nach Christi geburt 1430. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 116. folio 326. Num. 1. Anno 1430.

Ich Hanns von Eberstorff Obrister Cammerer vnd Marschalich in Oesterreich bekenn, als mir der Ersam Herr, Herr Lienhart Abbt zu Mölckh für sich, das ganz Convent daselbst, vnd ihr Nachkhomen den Getraydtzehent zu Walterstorff, mein leb Tag in bstandt Verlassen rc. Geben ze Wienn am Sontag an St. Veits Tag. Anno Domini 1431. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 409. fol. 886. Num. 2. Anno 1431.

Num. 3. Anno 1431. Nos Frater Stephanus Abbas humilis Campililiorum totusque Conventus ibidem Ord. Cist. Patav. Diocesis. Notum facimus &c. *Fit amicabilis compositio cum illis propter quasdam vineas in Pfaffsteten.* Datum in die S. Pancracii Anno Domini 1431. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 421. fol. 927.

Num. 4. Anno 1431. Ich Otto von Meyssau Obrister Marschalich, vnd Obrister Schenkh in Oessterreich bekhenn für mich, meine Erben, vnd Nachkhommen, vnd Thuen khundt ꝛc. *Litteræ reversales propter unam vineam Saz dictam.* Vnd des ist gezeüg nach mein begehren Jorig der Kelberhardter von Mayrhofen ꝛc. Geben nach Christi geburt 1431. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 393. folio 854.

Num. 5. Anno 1431. Wir Albrecht von Gottes gnaden Herzog ze Oessterreich, ze Steyr, ze Kerrndten, vnd ze Krain, Marggraff ze Mehrern, vnd Graue zu Tyroll ꝛc. Bekhenen als die Ersamen Geistlichen vnser Lieben Andächtigen N. der Abbt, vnd der Convent zu Melckh ains Tails, vnd vnser getreuer Hanns der Holzer zu Sitzentall des andern, mit einander stössig gewesen sind vmb ain Vischwayd auf der Piellach bey Sitzentall. ꝛc. Der Brieff ist geben zu Wienn an Pfingstag vor St. Johannes Tag zu Sunwendten. Nach Christi geburt 1431. Jahre. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 261. folio 760.

Num. 6. Anno 1432. Leonardus Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Pataviensis. Pastoralis præeminentiæ dignitas &c. *Confirmatur commutatio aliquorum bonorum in Draskirchen facta pro Ecclesia ibidem.* Cum igitur sicut accepimus, Vener. & Religiosi in Christo nobis dilecti N. Abbas N. Prior & Conventus Monasterii in Mellico Ord. S. Bened. nostræ diocesis quandam domum sitam in N. &c. permutaverint cum egregrio in Christo dilecto Magistro Petro de Pirhenwart sacræ paginæ Professore, Rectore parochialis Ecclesiæ in Dreskirchen &c. Datum Wiennæ Mensis Octobris die 18. Anno Domini 1432. Arch. Mell. Tom. II. Num. 155. fol. 400.

Num. 7. Anno 1432. Ich Hanns Gokkendorffer die zeit Hoffmaister zu Wulderstorff, ich Mert, vnd ich Görig Gebrieder des egenanten Gokkendorffer söhn bekhenen ꝛc. *Curiam Mellicensem in VVullerstorff elocavit Abbas Mellicensis ad certum tempus.* Vnd wann wir obgenante Gokkendorffer aigen Insigel nicht enhaben, so haben wir mit Vleis gebetten die Edlen Jörgen den Paltnerdorffer, vnd den Langen Jörgen zu Harras, das sie ihr Insigl zu Bestättigung der sach an den Brief gehangen haben ꝛc. Der sach ist gezeüg: durch vnser vleissig gebet willen der Edel Ott Fabrukk mit seinem anhangundten Insigl ꝛc. Geben nach Christi geburt 1432. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 59. fol. 144.

Num 8. Anno 1432. Ich Gilig Kekh von Marckht Dürnitz bekenn ꝛc. *Hunc exemit Abbas Mellicensis à decimis de quadam vinea in Gumpoltskirchen ad certos tantum annos.* Besigelt mit des Edlen Hannsen des Leuberstorffer anhangendten Insigel ꝛc. Der sach ist gezeüg durch meiner fleissigen gebet willen der Edel Peter der Mülbanger mit seinem anhangendten Insigl. Geben an Eritag nach St. Vrbans Tag nach Christi geburt 1432. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 303. fol. 903.

Num. 9. Anno 1433. In Nahmen der heyligen vnd vngetailten Driualtigkeit Jesu Christi Amen. Wir der Rath, vnd die ganze Gemain zu Haugstorff bekhenen ꝛc. *Missa matutina fundatur pro Ecclesia quadam Monasterio Mellicensi incorporata.* Der sach sind gezeügen auch durch vnser Bitt willen der Edel Vesst Ritter Herr Billigreim der Balcher, vnd Achaz Winkhenhaimer ꝛc. Geschrieben am Eritag vor sand Johanns Tag zu Sunabenten, so man zalt von Christi geburt 1433. Jahr. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 247. fol. 677.

Ich Maister Peter von Pirchenwart Lehrer in der Heyl. Geschrüfft vndt Pfarrer St. Margarethen Pfarrkirchen ze Tràskirchen bekhen ꝛc. *Litteræ reversales propter aliquem aquæductum in Draskirchen.* Der sach ist gezeüg durch mein fleissig gebet willen der Erber weiß Herr Hanns Steger zu den zeiten Burgermaister zu Wienn, vnd Kellermaister in Oesterreich ꝛc. Geben ze Wienn nach Christi geburt 1434. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 29. folio 78. Num. 10. Anno 1434.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis in Spiritu Sancto legitime congregata Vniversalem Ecclesiam repræsentans Venerabili Episcopo Jauriensi & dilectis Ecclesiæ Filiis S. Emmerani Ratispon: ac. S. Crucis Pataviensis diæcesis Monasteriorum Abbatibus. Salutem & Omnipotentis Dei benedictionem. Ad compescendos conatus nepharios Provisorum, qui Personas & loca Ecclesiastica super & iuribus suis offendere & multiplicibus perturbare molestiis non verentur, tanto magis per sacrum decet generale concilium oportuno remedio provideri, quanto per amplius turbationes huiusmodi & molestiæ in divinæ maiestatis offensam, nec non Ecclesiasticæ libertatis redundare dispendium dinoscuntur. Dudum siquidem cum in diversis mundi partibus Consules Civitatum & Rectores, nec non alii, qui potestatem habere videbantur, tot onera frequenter inponerent Ecclesiis, ut deterioris conditionis factum sub eis videretur, quam sub Pharaone fuisset, qui legis divinæ notitiam non habebat, quique omnibus aliis servituti subactis sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & de publica eis alimonia ministravit. In concilio lateranensi Ecclesiæ immunitati providendo sub anathematis districtione prohibitum exstitit, ne Consules, Rectores aut alii prædicti Ecclesias & viros Ecclesiasticos Taliis seu collectis aut exactionibus aliis aggravare præsumerent, transgressores & fautores eorum præcipiendo anathematis sententiæ subiacere, donec satisfactionem impenderent competentem. Et etiam deinde in generali concilio editum fuerit, quod si Episcopi forte similiter cum Clericis etiamsi tantam necessitatem vel utilitatem inspicerent, ut absque ulla coactione ad relevandas communes utilitates vel necessitates, ubi Laycorum non suppeterent facultates subsidia per Ecclesias Laycis ducerentnr concedendæ minime super hoc consulto Romano Pontifice concessiones & sententiæ, quæ à talibus vel de ipsorum mandato forent promulgatæ, essent irritæ & inanes, nullo unquam tempore valituræ, at etiam in ipso generali concilio decretum exstitit illum, qui infra sui regiminis propter fractionem constitutionum vel sanctionum huiusmodi sustineret anathema, tanquam post illud non esset ad satisfactionis debitum compellendus, nec non ipsius successores, qui non satisfacerent infra mensem, manere Ecclesiastica censura conclusum, donec satisfaceret competenter, cum succederet in onere, qui substitueretur in honore. Postmodum vero felicis recordationis Honorius Papa tertius attente considerans, quod quondam Fridericus secundus olim Romanorum Imperator tunc sub obedientia & devotione sanctæ Romanæ Ecclesiæ persistens ad laudem eiusdem Ecclesiæ & sacri decus Romani imperii cupiens, ut expurgatis quorundam erroribus & iniquis statutis penitus destitutis de cætero Ecclesiæ & Ecclesiasticæ personæ plena vigerent quiete & secura libertate gauderent, ac pie & iuste attendens, quod quorundam perversorum iniquitas adeo abundaverat, ut non dubitarent contra Ecclesiasticam disciplinam & sacros canones Anno 1435.

statuta sua confingere adversus Ecclesiasticas personas, & Ecclesiasticam libertatem edictali lege huiusmodi statuta iniqua irritaverat & præceperat irrita nunciari, & omnia statuta & consuetudines, quæ civitas & loca, Potestates vel Consules, aut quæcunque personæ contra libertatem Ecclesiæ vel personas Ecclesiasticas huiusmodi edere aut servare temptarent contra canonicas aut imperiales sanctiones de ipsorum Capitularibus infra duos menses post ipsius legis publicationem penitus aboleri facerent, & si de cætero talia attemptarent, illa ipso iure decrevit esse nulla, & eos sua iurisdictione privatos, nec non locum, ubi talia deinceps præsumpta fuissent Banno mille marcarum auri fisco Imperiali præceperat subiacere. Potestates vero, Consules, statuarii & scriptores statutorum prædictorum, nec non Consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statuta & consuetudines memorata iudicarent, essent ipso iure infames, quorum sententias & actus legitimos statuant aliqualiter non tenere, quodque, si per annum præfatarum constitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum suum Imperium mandavit impune ab omnibus occupari, salvis nihilominus aliis pænis contra tales in eisdem generalibus conciliis promulgatis; & insuper voluit idem tunc Imperator, quod nulla communitas vel persona publica seu privata collectas, exactiones, Angarias, vel per Angarias Ecclesiis vel aliis piis locis aut Ecclesiasticis personis huiusmodi imponere seu invadere Ecclesiastica bona præsumeret: quod si secus faceret, & requisita ab Ecclesia vel Imperio huiusmodi emendare contemneret, tripliciter refundetur, & nihilominus banno imperiali subiaceret, quod sine satisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuatur insuper, quod quæcunque communitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem Ecclesiæ violatam persisteret, iure similiter dicto banno imperiali subiaceret, à quo nullatenus extraheretur, nisi prius ab Ecclesia beneficio absolutionis obtento. Et insuper ordinaverat, ut nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel civili ad iudicium sæculare trahere præsumeret contra easdem canonicas sanctiones & constitutiones imperiales, quod si secus faceret, actor à suo iure caderet, & iudicatum non teneret, & Judex foret ex tunc iudicandi auctoritate privatus: quodque iudices temporales, qui clericis & personis Ecclesiasticis iustitiam denegare præsumerent, tertio requisiti suam iurisdictionem amitterent; constitutionem ipsam de consilio etiam fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, qui tunc erant auctoritate Apostolica approbans & confirmans ipsam mandavit inviolabiliter observari, nec non statuarios & scriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem auctoritate nunciari. Et deinde ad audientiam divæ memoriæ Caroli IV. etiam Romani Imperatoris semper augusti deducto, quod nonnullæ sæculares personæ in potestatibus & officiis publicis constitutæ, videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones & alii Domini temporales, nec non Consules Civitatum, oppidorum, villarum & locorum Rectores in diversis Provinciis eiusdem Imperii Dei timore postposito statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra ipsas personas Ecclesiasticas & Ecclesiarum libertates, & eorum privilegia condiderant, illis quoque de facto & publice utebantur contra canonicas & regulares sanctiones, utpote, quod nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam transferrentur, & ne Clerici in sacris ordinibus

nibus conſtituti ad agendum & teſtificandum in civilibus & maxime in piis cauſis aliquatenus admitterentur, quodque excommunicati Laici & publice denuntiati in Civili foro minime repellerentur: Et inſuper prædicti Domini temporales Conſules & Rectores per ſæcularem poteſtatem res & bona Clericorum occuparent, arreſtarent, & oblationes Chriſti fidelium minuerent atque reſtringerent, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent, poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtarent incendiis & rapinis. Contractus inter Clericos & Laicos factos legitime ad libros Civitatum, Villarum & locorum prædictorum inſcribere & ſigillare recuſarent: donataque & legata ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras contra Prælatorum voluntatem & aliorum, quorum intererat, temere uſurpare præſumerent, ac in fraudem & odium clericorum de bonis etiam & rebus eorundem Clericorum, quæ non cauſa negotiationum, ſed pro eorum propriis uſibus per eorum terras ducebant, ſeu duci faciebant, Theoloneum exigere & recipere non verebantur, & confugientes ad Eccleſias, & eorum cimiteria inde extrahere contra canonicas & Imperiales ſanctiones huiusmodi præſumpſerant & præſumebant. Idem Carolus Imperator tanquam Chriſtianiſſimus Princeps volens in præmiſſis providere de remedio ſalutari, etiam de quorundam Ducum, Principum, Comitum, Baronum fideliumque aliorum ſacri Imperii ſæpe dicti, auctoritate Imperiali quæcunque ſtatuta ac conſuetudines prædicta, tanquam per Canonicas & civiles ſanctiones expreſſe reprobata caſſavit, irritavit & annullavit, ac caſſa, irrita nulliusque eſſe voluit roboris vel momenti, Præcipiens ſub imperialis banni pæna univerſis & ſingulis Principibus & Dominis temporalibus, Conſulibus, Poteſtatibus & aliis in officiis publicis in eodem imperio conſtitutis, quatenus ex tunc ipſorum ſtatuta & ordinationes, ſi in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis edita fuerant, omnino revocarent, & de luce tollerent, quodque ſecundum ea non iudicarent amplius, nec ſententias dictarent, aut eisdem in iudicio vel extra iudicium quomodolibet pro ſe & contra eandem Eccleſiaſticam libertatem potirentur. Pronunciavit inſuper & eandem decrevit auctoritate, quod quicunque Laicus cuiuscunque ſtatus aut conditionis exiſteret auſu ſacrilego, & propriæ temeritatis audacia Sacerdotem vel Clericum ſæcularem vel Religioſum diffidaret, proſcriberet, captivaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, vel huiusmodi maleficia perpetrans ſcienter recitaret, vel eis favorem pararet, præter pænas à ſacris canonibus & legalibus ſanctionibus in tales inflictas, eo ipſo redderetur infamis & omni honore privatus, nec ad placita & conſilia nobilium admitteretur quovis modo. Hortans inſuper in Domino & requirens Eccleſiaſticos Prælatos in illis partibus, in quibus committerentur talia, conſtitutos, ut legem imperialem huiusmodi per eorum Eccleſias & Synodos publicarent, ne transgreſſores huiusmodi per ſimulatam ignorantiam ſuam valerent in hac parte malitiam excuſare, prout in conſtitutionibus & ſanctionibus Conciliorum & Honorii prædictorum ac Imperialibus privatis plenius continetur. Cum autem ſicut lamentabili querela dilectorum Eccleſiæ filiorum Abbatis & Conventus Monaſterii ſanctorum Petri & Pauli Mellicen. ſedi Apoſtolicæ immediate ſubiecti Ordinis S. Benedicti Pataviensis diæceſis nuper accepimus nonnulli Principes, Duces, Comites, Barones

nes & aliæ sæculares potestates, earundem constitutionum & sanctionum canonicarum & legalium forsan ignari contra ipsas ab Abbate & Conventu prædictis coniunctim vel divisim forsan tallias & gabellas, ac alias exactiones illicitas hactenus extorserint, & adhuc extorquere nitantur, ac etiam bona Monasterii prædicti invaserint, arrestaverint, occupaverint, detinuerint, & suis usibus applicaverint, nec non occupare, invadere, arrestare, detinere, & eisdem suis usibus applicare similiter de facto præsumant in animarum suarum periculum, nec non Abbatis & Conventus prædictorum non modicum præiudicium atque damnum. Nos ipsis Abbati & Conventui in præmissis oportune providere volentes discretioni vestræ per hæc nostra scripta in virtute Sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus vos vel duo, aut unus vestrum per vos vel alium seu alios Abbati & Conventui prædictis contra quoscunque transgressores & violatores constitutionum & sanctionum earundem cuiuscunque gradus, dignitatis & excellentiæ fuerint efficacis defensionis auxilio assistentes non permittatis eos contra canonicas & legales sanctiones huiusmodi indebite molestari, nec non easdem constitutiones ubi & quando expedire videritis solemniter publicantes faciatis transgressores & violatores huiusmodi, si & prout iustum fuerit, ac ubi ac quoties expedierit tamdiu excommunicatos, & anathematizatos publice nunciari, donec ab earundem collatarum impositionum & quarumlibet extorsionum, nec non bonorum Monasterii prædicti invasione, arrestatione, occupatione, detentione & applicatione omnino desistant, nec non etiam efficaciter restituant eisdem Abbati & Conventui occasione præmissorum per eos læsis & gravatis tallias & gabellas, & exactiones ipsas, ac etiam bona Monasterii prædicti arrestata, occupata, detenta & applicata ipsis, aut quæ per se vel alios illo prætextu quomodolibet receperunt, imo verius temere & illicite usurpaverunt à se libere omnino relaxant, ac in manibus vestris iuraverint, quod de cætero talia non committant, & ea committentibus non committant, præbeant auxilium, consilium, vel favorem, contradictores per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris oportuna remedia compescendo. Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Cæterum si forsan huiusmodi transgressorum aut violatorum, vel ea fieri mandantium ipsis quoque consentientium seu dantium illis per se vel alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem præsentia præmonitionibus & requisitionibus per vos de ipsis faciendis tute, secure vel commode haberi nequiret. Nos vobis monitiones & requisitiones huiusmodi ac citationes quaslibet per edicta publica locis affigenda publicis, de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad notitiam citatorum & monitorum huiusmodi pervenire valeant, faciendi plenam & liberam concedimus tenore præsentium potestatem volentes, quod monitiones, requisitiones & citationes huiusmodi perinde ipsos citatos, requisitos, & monitos, ut præmittitur, artent, ac si eis factæ & insinuatæ præsentialiter & personaliter exstitissent, non obstantibus tam piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi, quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem vel diæcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dictam à fine suæ diæcesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices extra civitatem vel diæcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alii, vel aliis

vices

vices suas committere, seu aliquos ultra unam dictam à fine diæcesis eorun-
dem trahere præsumant, dumodo ultra duas diætas aliquis auctoritate præ-
sentium non trahatur, ac de Personis ultra certum numerum ad iudicium non
vocandis, quam aliis constitutionibus Apostolicis contrariis quibuscunque,
aut si aliquibus communiter vel divisim à sede Apostolica indultum existat,
quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad
iudicium evocari non possint per litteras non facientes plenam & expressam
ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Basi-
leæ 4. Kal. Martii anno à Nativitate Domini 1435. Archiv. Mell. Tom. III.
Num. 373. fol. 792.

Ich Jorig der Enikel bekhen mit dem offen Brieff ꝛc. Mein Wisen ge- Num 11. Anno 1436.
legen bey der Piellach, davon man jährlich dient zu Purkhrecht an Sand Mi-
chels Tag 8. Wienner pfening vnd nicht mehr dem Edlen Herrn, Herrn Hannß
Rudolff von Tiernstain in sein Ambt ꝛc. Recht vnd redlich verkaufft vnd zu
kauffen geben den Erwürdigen geistlichen Herrn, Herrn Christian Abbt zu
Mölckh, vnd dem Conuent Vnd das bezeügt durch mein fleissigen bet willen der
Edel Peter der Mülbanger mit seinem anhangenten Insigl ꝛc. Geben ze Melckh
am Sambstag vor St. Vlrichs Tag nach Christi geburt 1436. Jahr. Archiv.
Mell. Tom. III. Num. 436. fol. 968.

Ich Hanns von Eberstorff Obrister Cammerer in Oessterreich bekhen für Num. 12. Anno 1436.
mich, vnd all mein Erben ꝛc. Das der Ehrwürdig Herr, Herr Christan Abbt
ze Melckh mein Lieber Herr S. Bened. Ordens mir vnd meinem Sohn Veiten
von Eberstorff auf unser baider Leib vnd Lebtag den zehent zu Walterstorff in
bstand verlassen hat ꝛc. Und hab darzue mit fleiß gebetten den Edlen Herrn, Herrn
Sigmund von Eberstorff meinen Lieben Vettern, das er der sach gezeüg ist mit
seinen anhangenden Insigl ꝛc. Geben zu Wienn nach Christi geburt 1436.
Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 410. fol. 887.

Ich Rudolph von Tiernstain bekhenn für mich, vnd für all mein Er- Num. 13. Anno 1437.
ben ꝛc. *Concernit commutationem quarundam Emphyteusium in Hadmanstorff.*
Vnd das bezeügent durch meiner fleissigen bett willen die Edlen Herrn mein
Liebe freindt, Herr Wolffgang von Topel, vnd Herr Pangrez von Planken-
stein mit ihren anhangendten Insigeln ꝛc. Geben ze Osterberg an Freytag nach
St. Georgen Tag. Nach Christi Purt 1437. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV.
Num. 23. fol. 58.

Anno 1437. Sigismundus Imperator moritur in oppido Znaim. Chron. Num. 14. Anno 1437.
Mell. M. S. de hoc anno.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis in Spiritu sancto legitime con- Anno 1437.
gregata universalem Ecclesiam repræsentans. Dilecto Ecclesiæ filio Abba-
ti Monasterii Scotorum Oppidi Wiennensis, Pataviensis diæcesis Salutem &
Omnipotentis Dei benedictionem. Sinceræ devotionis affectus, quem di-
lecti Ecclesiæ Filii Abbas & Conventus Monasterii Mellicensis Ordinis Sancti
Benedicti Pataviensis diæcesis ad Apostolicam sedem nullo medio pertinen-
tis, ad nos & universalem gerere comprobantur Ecclesiam non indigne pro-
meretur, & petitionibus eorum illis præsertim, per quæ ipsorum & dicti Mo-
nasterii indemnitatibus consulitur, favorabiliter annuamus. Sane petitio pro
parte ipsorum Abbatis & Conventus nobis nuper exhibita continebat, non-
nulli Clerici & Laici illarum partium eos in suis & dicti Monasterii privilegiis,

 liberta-

libertatibus & iuribus eis concessis & indultis molestare & vexare diversimode præsumunt, eos ad diversa iudicia communiter evocando, ac etiam nonnullæ sæculares & regulares ac aliæ personæ scripturas publicas & privatas litteras, authentica instrumenta publica, aliaque iura & munimenta ad ipsos Abbatem & Conventum ad Monasterium spectantia clam & occulte ac alias detinent, illa ipsis dare, tradere & restituere non curantes, quod etiam ipsis minus reddatur dispendiosum pariter & onustum. Pro huiusmodi eorum privilegiis, libertatibus & iuribus defensandis Originales & authenticas eis desuper concessas litteras, ac alia eorum munimenta per diversas terras & loca propter periculum perditionis & destructionis eorundem deferre, & in iudiciis coram diversis Judicibus & personis aliis iuxta negotiorum rerumque occurrentium exigentiam originaliter producere & exhibere. Quare pro parte dictorum Abbatis & Conventus nobis fuit humiliter supplicatum, ut eorum indemnitatibus in præmissis opportune consulere de benignitate nostra dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ per hæc scripta nostra comittimus & mandamus, quatenus omnes & singulos detentores scripturarum, litterarum, instrumentorum, iurium & munimentorum huiusmodi nostra & universalis Ecclesiæ auctoritate sub excommunicationis sententia moneas & requiras, ut illa infra certum terminum competentem per te eis præfigendum, præfatis Abbati & Conventui dent, tradant, & restituant cum effectu, alioquin in eos infra alium etiam condecentem terminum, quem eis ad hoc præfixeris, generalem excommunicationis sententiam proferas, quam facias usque ad satisfactionem condignam firmiter observari. Et nihilominus omnia & singula, litteras, scripturas, instrumenta publica, iura, privilegia & munimenta huiusmodi, quæ coram te pro parte eorundem Abbatis & Conventus produci & exhiberi contigerit cum suis sigillis signis & caracteribus corde oculisque perstringens, ea recenseas & examines diligenter. Nec non ipsa sigilla fideliter transsumi, exemplari, & transscribi facias atque mandes. Decernens quod huiusmodi transsumpta plenam vim, plenumque robur & vigorem in omnibus & per omnia habeant, ac eis quandocunque & ubicunque in iudicio vel alibi, ubi fuerint exhibita vel ostensa, in omnibus stetur firmiter, & plena fides adhibeatur, sicuti eisdem Originalibus litteris, scripturis, instrumentis, iuribus, privilegiis & munimentis staretur & fides adhiberetur, si forent originaliter exhibita vel ostensa, ac insuper eisdem Abbati & Conventui, quod ipsi ad producendum vel exhibendum deinceps litteras, scripturas, instrumenta, iura, privilegia & munimenta eorum originalia huiusmodi in quibuscunque curiis, iudiciis aut locis aliis, in quibusvis etiam causis seu negotiis, sive de illis alias, quam per huiusmodi transsumpta fidem faciendo non teneantur. Nec ad id per quosvis quavis etiam auctoritate compelli aut coarctari inviti valeant sive possint auctoritate nostra concedas memorata. Per hoc autem nullum ius præfatis Abbati & Conventui de novo acquiri volumus, sed antiquum, si quod habent, tummodo conservari. Datum Basileæ 13. Kal. Januarii Anno à Nativitate Domini 1437. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 374. folio 797.

Anno 1437. In Nomine Domini Amen. Venerabili in Christo Patri ac Domino Domino Christianno Abbati, nec non Religiosis viris & Dominis, Domino Stephano Priori, totiq; Conventui Monasterii Beatorum Apostol. Petri & Pauli in Mellico ordi-

Ordinis Sancti Benedicti Pataviensis diæceſis. Joannes Abbas, Laurentius Prior totusque Conventus Monaſterii ſancti Ægidii in Erzebon, alias in Witignau Ordinis Sancti Auguſtini Pragenſis diæceſis cum ſui humili recommendatione optationem ſalutis in Domino ſempiternæ. Cum in hac valle miſeriæ conſtituti, ſollicita mente revolventes, quod hic manentem civitatem non habeamus, ſed futuram inquirimus, ad quam ſacro teſtante eloquio quemquam pervenire niſi per charitatem, eſt impoſſibile. Et quam ſecundum Beatum Gregorium nemo proprie ad ſe ipſum habere charitatem dicitur, ſed dilectio in alterum ſe extendit, ut charitas eſſe poſſit. Hinc eſt, quod experimento veſtræ charitatis cognoſcimus, quo ardore ipſa charitas per ſpiritum ſanctum cordibus veſtris infuſa in nos ſe extendat, cum nos & poſteros noſtros in fraternitatem perpetuam unire, omniumque piarum operationum veſtrarum, quæ per vos & Confratres veſtros operari dignabitur Salvatoris clementia tam in vita, quam in morte participes facere decreviſtis. Quapropter ut nos tantæ charitati grata devotione obviemus, præſenti pagina roborante impertimur, donamus & ſtatuimus vobiſcum perpetuæ fraternitatis conſortium & unionem cum participio omnium bonorum tam in vita, quam in morte, quæ per nos & poſteros noſtros ex nunc & in antea operata fuerit clementia Salvatoris. Nihilominus in ſpeciali adiicientes, ut, cum fratris unius aut plurium dies obitus nobis intimatus fuerit, quem Dominus felicem faciat, die competenti ſolemni compulſatione præcedente cum vigiliis defunctorum, miſſis, aliisque piis operibus iuxta Monaſterii noſtri obſervantiæ conſuetudinem

aut ipſorum animabus remedio ſalutari, ſuffragia peragemus, nomen etiam ipſius aut ipſorum libro mortuorum inſcribemus. Simili modo nomen fratris aut fratrum noſtrorum optamus inſcribi libro veſtro mortuorum. In quorum omnium permiſſorum teſtimonium evidens, & fraternæ unionis robur perpetuum & inconvulſum præſentem litteram ſigillorum noſtrorum Abbatis & Conventus appreſſionis munimine roboratam præfatis Dominis & fratribus duximus præſentandam. Datum in Monaſterio noſtro præmiſſo. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Trigeſimo ſeptimo. Secunda feria in die ſancti Eraſmi Martyris & Pontificis. Archiv. Mell. Scrin. 98. ſub faſci. 3.

Wir Fridrich von Gottes gnaden Graue zu Cili ze Ortenburg, vnd in dem Seger ꝛc. *Infeudatio quarundam decimarum in Mödling facta ab Abbate Mellicenſi.* Entbiethen Euch dem Erwirdigen vnſeren Lieben Freunde Herr Chriſtan Abbt ze Mölckh Vnſer Dienſt, vnd laſſen Euch wiſſen, das wir vnſerem ſunder Lieben Margarethen weyl. Stephans des Ludmanſtorffer Wittiben, vnd Oſwald Ludmanſtorffer ihren Sohn vnſer Veſſten N. ꝛc. Verkaufft haben ꝛc. Geben ze Cili nach Chriſti geburt 1438. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 83. fol. 192. Num. 15. Anno 1438.

Leonardus Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Patav. Vniverſis & ſingulis harum ſeriem inſpecturis &c. Illos tamen maioris prærogativa favoris complectimur, quos virtutum venuſtas, & ſcientiarum comitatur, affectantes eatenus Venerabilem dilectum in Chriſto Magiſtrum Thomam de Haſelpach, ſacræ Theologiæ Profeſſorem plebanum in Berchtoldſtorff noſtræ Dioceſis tanto amplioribus beneficentiæ efferri gratiis, quanto idem ex Num. 16. Anno 1438.

ex influentia divina, diversarum scientiarum & virtutum dotibus extitit illustrius. &c. *Huic Episcopus donavit quasdam decimas de novalibus certis in Perchtoldstorf.* Datum Wiennæ 14. die mensis Maii Anno Domini 1438. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 86. fol. 224.

Num. 17. Anno 1438. Ich Hanns Polster, vnd ich Vl. Stiffner baydt gesessen zu Griebarn, bekhenen ꝛc. *Attestatum quod ad Monasterium Mellicense in Griebarn certa pars decimarum pertineat.* Besigelt mit des Edlen Caspar Velabruner aigen aufgedruckten Insigl ꝛc. Geben zu Rauelspach in die S. Silvestri Papæ Anno 1438. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 331. fol. 927.

Num. 18. Anno 1438. Ich Vlrich Mumm gesessen zu Gaindorff bekhenn ꝛc. *Hic attestatur, quod certa pars decimarum in Gaindorf ad Monasterium Mellicense pertineat.* Versigelt mit des Edlen Vlrichs des Zischerleins aigen Insigel. Geben ze Rauelspach Anno 1438. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 328. fol. 925.

Num. 19. Anno 1438. Ich Vlrich Zischerl gesessen zu Niderndürnbach ꝛc. *Novem subditi in Niderndürnbach testantur, quod certa decimarum pars ibidem spectet ad Monasterium Mellicense.* Bekhen an dem offen Brieff ꝛc. Vnd haben fleissiglich gebetten den Edlen Niclasen den Vnger ꝛc. Geben zu Rauelspach in die S. Silvestri Papæ Anno 1438. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 327. fol. 924.

Num. 20. Anno 1438. Ich Andre Dietram Hoffmaister zu Dornbach Burger ze Wienn. Vergich für mich ꝛc. Vnd mit meines Grundtherrn Handten des Ehrwürdigen geistlichen Herrn, Herr Johannsen Abbt vnserer Frauen Gottshaus zu den Schotten ze Wienn verkaufft hab ꝛc. *Venditur Abbati Mellicensi domus quædam Viennæ, quæ hodie curia Mellicensis appellatur.* Des ist gezeüg durch meiner Vleissigen gebet willen der Edl Vesst Ritter Herr Hanns der Steger, die zeit Burgermaister ze Wienn, vnd Kellermaister in Oessterreich, vnd der Erber Weise Vlrich Hirssauer Stattschreiber ze Wienn mit ihren anhangenten Insiglen. Geben ze Wienn Anno 1438. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 16. fol. 38.

Num. 21. Anno 1438. Ich Brueder Vincenz Prior, vnd der ganz Convent Gemain des Haus Vnser Frauen Porten ze Axpach Karthuser Ordens ꝛc. Bekhenen ꝛc. *Concernit venditionem duarum emphyteusium in Spilberg, prope Mellicium.* Mit des Edlen wohlgebohrnen Herrn, Herr Otten von Meyssau Obristen Marschalich, vnd Obristen Schenkhen in Oessterreich vnsers gnedigen vnd Lieben Herrn vnd Stüffter anhangenden Insigel, vnd mit des Ehrwürdigen Herrn vnd Vater Herr Johannsen Prior des Haus aller heiligen Thall ze Maurbach anhangenden Insigl. ꝛc. Nach Christi geburt 1438. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 291. folio 860.

Num. 22. Anno 1439. Ich Hanns Stokhamer Verweser des Landtmarschalich Ambts in Oessterreich. Bekhenn als ich den Edlen Herrn Herrn Rudolffen von Türnstain zu dreyen 14. Tagen her, für mich geladen hab, als Landtsrecht ist ꝛc. *Adiudicatur Monasterio Mellicensi molendinum in Spilberg.* Mit Vrkund des Briefs geben ze Wienn an Eritag nach St. Stefans Tag, als er erfunden ist Anno Domini 1439. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 281. fol. 825.

Num. 23. Anno 1440. Wir Fridrich von Gottes Gnaden Röm. Künig zu allen zeiten Merer des Reichs, Herzog in Oessterreich, ze Steyr, ze Kernten, vnd ze Krain, Graue ze Tyrol ꝛc. Entbiethen vnsern Getreüen den Leüthen gemainigleich, vnter dem Pürg, ze Perchtoldstorff, ze Medling, ze Prun, ze Enzestorff, ze

Pfaff-

Pfaffstetten, ze Paden, ze Soss, vnd in allen andern Merkhten, vnd Dörffern, da das Closter ze Melkh zehent hat, den diser Brief gezaigt wirdet, vnser gnad, vnd alles gut. Wir empfehlen Euch allen, vnd Euer ieglichen besunder ernstlich, vnd wollen, das ihr den egenanten Gotshaus ze Melckh, vnd sein Anwelten rechten zehent raichet, vnd gebet, vnd ihr zehentner in Euer Kheller dieselben zehent anzeschlagen, gehen lasset ohn widerred, vnd des nicht lasset. Wan wer darwider Thette das wär schwerlich wider vns, vnd wolten den darumb bessern. Geben zu der Neuenstatt an Sant Mattheus abent des Evangelisten. Anno Domini 1440. vnsers Reichs im ersten Jahre, vnter vnsern Insigl, das Wir in vnsern Fürsstenthumben Vntzher gebracht haben. Commissio propria Domini Regis. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 206. folio 559.

Ich Rudolph von Tiernstain bekhenn offenlich mit dem Brief ꝛc. *Iste resignat omni iuri, quod habuit ad molendinum in Spilberg.* Vnd das bezeügt durch meiner fleissigen gebet willen der Edl Herr, Herr Otto von Toppel mein Lieber freint, vnd der Edl Jörig Kelberharder von Stranstorff iez mein Pfleger zu Wolffstain ꝛc. Geben nach Christi geburt 1441. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 282. folio 830. Num. 24. Anno 1441.

Ich Leupoldt die zeit Pfarrer ze Mezleinstorff Vergich für mich ꝛc. Das mir der Edl Herr, Herr Stephan von Zelking ꝛc. *Fundatio anniversarii pro Petro parocho in Mäzlstorff.* Darzue hab ich mit Vleis gebetten die Edlen Hannsen den Gotsperger, vnd Hannsen den Mans Reütter, das sie ihre Insigl zu guter Zeügnus an dem Brieff gehangen haben ꝛc. Geben nach Christi geburt 1441. Jahr. Archiv. Mell. Tom. V. Num. 3. folio 3. Num. 25. Anno 1441.

Ich Paul Fläming Vergich für mich, vnd für all mein Erben ꝛc. *Litteræ reversales propter duas dimidias curias in Maur.* Vnd der sach seint gezeüg die Edlen Jorig Seusenekker ze Soss, vnd Jorig Ezand mit ihren anhangenden Insigeln ꝛc. Geben nach Christi geburt 1444. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 67. folio 162. Num. 26. Anno 1444.

Reverendo in Christo Patri Domino Cristiano Abbati in Melico & suis Monachis Ordinis Sancti Benedicti Frater Bartholomæus Texeun sacræ Theologiæ Professor ac totius Ordinis Prædicatorum Generalis Magister & servus salutem in Domino Jesu & spiritualem consolationem. Vestræ sinceræ devotionis affectus, quem audivi vos habere ad nostrum ordinem specialem exigentia digna requirit beneficia à copiosa clementia Redemptoris nostro collato ordini vobis gratiosius impartiri, propter quod vobis omnium missarum, orationum, vigiliarum, abstinentiarum, ieiuniorum, prædicationum, laborum cæterorumque bonorum, quæ per fratres & sorores nostri Ordinis Dominus noster Jesus Christus per mundum fieri dederit universum participationem concedo tenore præsentium specialem in vita & morte, ut multiplici suffragiorum præsidio & hic augmentum gratiæ & in futuro mereamur vitæ æternæ præmium possidere. In cuius concessionis testimonium sigillum officii mei duxi præsentibus. Datum Duvone die quarto mensis Junii. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quarto, in nostro Capitulo generali. Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 3. Anno 1444.

Ich Thoman Oedperger in Seydmanspach, ich Michel Grull, Vergehen für vns ꝛc. Besigelten vnd bezeügen mit der Edlen Stephans Smid- Num. 27. Anno 1445.

bekhen, vnd Weikart Schorner baiden anhangenden Insigeln ꝛc. Geben ze Melkh nach Christi geburt 1445. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 169. folio 493.

Num. 28. Anno 1445. Ich Vlrich Petsakh zu St. Görgen in Steyrekker Pfarr, ich Peter Weigl ꝛc. Wir bekhenen offenleich ꝛc. *Fundatur anniversarius pro Thoma Oedperger in parochia Mellicensi celebrando.* Mit Vrkhund des Brieffs besigelt mit der Edlen Jorgen des Gand, vnd Weykarten des Schorner aufgedrukten Insigel ꝛc. Geben zu Melckh am Sambstag nach Pfingsten, nach Christi geburt 1445. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 285. fol. 842.

Num. 29. Anno 1446. Ich Peter Zechmaister, ich Lienhart Smid die zeit Zöchmaister ꝛc. Bekhenen für vns ꝛc. *Fundatio missæ matutinæ pro quadam capella Monasterio Mellicensi incorporata.* Besigelten mit des Edlen Cholman des Grasser zu Egenburg anhangenden Insigl ꝛc. Wir haben auch mit fleiß gebetten den Edlen Caspar Stokhener die zeit Pfleger zu Gunderstorff, daß er auch sein Insigel an dem Brieff gehangen hat ꝛc. Der geben ist nach Christi geburt 1646. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 63. folio 152.

Anno 1446. Venerabilibus & Religiosis Patribus & Fratribus Domino Christianno digna Dei gratia Abbati totique Conventui Monasterii Beatorum Petri & Pauli Apostolorum in Mellico Romanæ curiæ immediate subiecti Ordinis Benedicti pataviensis diæcesis. Nos Fratres Symon Abbas, Jacobus Prior totusque Conventus Monasterii Principis Angelorum Sancti Michaëlis Lunælacensis ordinis & diæcesis eorundem cum sinceræ charitatis affectu in Domino salutem perhenniter adipisci. Quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur, & Christo capiti suo ad percipiendam per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur tanto liberius atque libentius sinum charitatis in ampliandæ confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus huiusmodi ferventius anhelamus. Vnde Religionis, necnon & honestatis vestræ attracti fama propensius & illecti plenæ confraternitatis ac bonorum omnium consortium in orationibus & elemosinis, missis, abstinentiis & vigiliis, ac aliis virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos & successores nostros in dicto nostro Lunælacensi Monasterio dignabitur operari, vobis ac successoribus vestris in perpetuum damus sub præsenti testimonio litterarum. Ita ut quam primum obitus Fratris unius vel plurium prænominati Monasterii vestri Professi vel Professorum nobis intimatus fuerit, vesperas mortuorum cum vigiliis trium lectionum & laudibus, responsoriis cantatis & cum paramentis funeralibus & missa defunctorum cum ministris & eisdem paramentis conventualiter peragantur. Pro quibus fratres Conversi quinquaginta Pater noster & Ave Maria dicant. Item singuli Sacerdotes missas legentes singulas missas de officio defunctorum, vel ad quas magis inclinantur cum collecta pro defunctis missisque pro ipsorum salute deputatis persolvant. Clerici vero non legentes missas totum officium defunctorum dicant. Conversi vero quinquaginta Pater noster & Ave Maria. Item si infra viginti dies quocunque tempore anni plures defuncti denuntiationibus nobis denuntiantur, quantum ad Conventualiter peragenda potest fieri pro eis sicut pro uno, tamen Confratres denuntiati Conventui, quantocius fieri poterit, denuntien-

nuntientur nobis, ut singuli fratres in privato sese concernentia pro singulis distinctim denuntiatis eo citius persolvere possint. Obligamus insuper nos & successores nostros præsentibus his scriptis pio studio omnia præscripta suis conditionibus his expressis tempore exigendi fideliter adimplere, atque omnibus & singulis astringi volumus, ut simile nobis fiat charitatis obsequium in Ecclesia memorata. Ne autem in futurum à nostris successoribus fraternitas supradicta possit aliquando aboleri præsentia nostris sigillis ad perpetuam rei memoriam fecimus communiri. Datum in dicto nostro Monasterio. Anno ab Incarnatione Domini Millesimo, Quadringentesimo Quadragesimo sexto. In die Ieronimi Presbiteri. In Archiv. Mell. Scrinio 98. fasc. 3.

Venerabilibus ac Religiosis Patribus ac Fratribus Domino Christiano Abbati totique Conventui Monasterii sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in Mellico Romanæ curiæ sine medio subiecti Ordinis S. Benedicti Pataviensis diæcesis. Nos Fratres Thomas totusque Conventus Monasterii sancti Kyliani Martyris in Lambaco ordinis & diæcesis eorundem cum sinceræ charitatis affectu salutem in Domino perenniter adipisci. Quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur, & Christo suo capiti ad participandam per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur, tanto liberius atque libentius sinum charitatis in ampliandæ confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus huiusmodi capiendi ferventius anhelamus. Vnde religionis & honestatis vestræ attracti fama propensius & illecti plenæ confraternitatis ac bonorum omnium consortium & communionem in missis, orationibus, elemosinis, abstinentiis & vigiliis ac aliis virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos & successores nostros in dicto nostro Monasterio Lambacensi dignabitur operari, vobis ac successoribus vestris sub præsentium testimonio litterarum damus. Ita ut, cum obitus fratris unius Professi vel Professorum nobis intimatus fuerit, vesperas mortuorum cum vigiliis trium lectionum & laudibus de missa defunctorum omnibus his præmissis iuxta ritum & consuetudinem præfati nostri Monasterii persolvendis peragantur. Pro quibus Fratres Conversi quinquaginta Pater noster & totidem Ave Maria dicant. Singuli vero sacerdotes missas legentes singulas missas de officio defunctorum, vel ad quas magis inclinantur, cum collecta pro defunctis missisque pro ipsorum salute deputatis persolvant. Clerici autem non legentes missas totum officium defunctorum dicant. Conversi quoque quinquaginta Pater noster & quinquaginta Ave Maria persolvant. In quorum omnium testimonium & robur hanc paginam sigillis nostris munitam vobis tradere decrevimus. Datum in prætacto nostro Lambacensi Monasterio in die Sancti Petri Apostoli ad vincula. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo sexto. Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 3. Anno 1446.

Venerabilibus ac Religiosis in Christo Patribus ac Fratribus Christianno Abbati totique Conventui Monasterii Beatorum Apostolorum Petri & Pauli in Mellico Romanæ curiæ sine medio subiecti ordinis Beati Benedicti pataviensis diæcesis. Nos fratres Michael Abbas totusque Conventus Cellæ Mariæ ordinis & diæcesis eorundem cum sinceræ charitatis affectu salutem Anno 1446.

in

in Domino perhenniter adipisci. Quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur, & Christo suo capiti ad percipiendam per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur, tanto liberius atque libentius sinum charitatis in ampliandæ confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus huiusmodi ferventius anhelamus. Vnde vestrarum charitatum fama & religiositate moti, matura deliberatione præhabita plenæ fraternitatis bonorum scilicet omnium consortium & communionem in missis, orationibus, elemosinis, abstinentiis, & vigiliis ac aliis virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos & successores nostros in dicto Monasterio Cellæ Mariæ dignabitur operari, vobis ac successoribus vestris alias dudum libere concessimus, contractamque fraternitatem huiusmodi tenore præsentium roboramus adicientes, quod cum obitus fratris unius vel plurium prædicti Monasterii vestri Professi vel Professorum nobis intimatus fuerit, vigilias & missam defunctorum iuxta consuetudinem nostri Monasterii persolvemus, sed & singuli Sacerdotes missas legentes singulas missas, clerici vero missas non legentes officium defunctorum totum, vesperas scilicet & vigilias novem lectionum cum laudibus, Conversi quoque centum Pater noster cum totidem Ave Maria in remedium animarum eorundem dicent. In quorum omnium testimonium & robur hanc paginam sigillis nostris munitam præfatis fratribus nostris tradere decrevimus. Datum Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Quadragesimo sexto. Decima nona die mensis Julii. Archiv. Mell. Scrin. 98. fas. 5.

Num. 30. Anno 1446. Wir Fridrich von Gottes gnaden Römischer Künig zu allen zeiten Mehrer des Reichs Herzog ze Oesterreich zu Steyr, zu Kerndten, vnd zu Krain, Graue zu Tyrol ꝛc. Gebiethen vnseren getreüen ꝛc. *Hic præcipitur, ut Monasterio Mellicensi debitæ decimæ fideliter præstentur.* Geben zu Wienn an St. Simons vnd Judas Tag. Anno Domini 1446. vnsers Reichs in sibenten Jahre. Commissio Domini Regis propria. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 207. fol. 600.

Num. 31. Anno 1447. Ich Wolffgang Prauseisen gesessen zu Pfaffstetten bey Paaden, Ich Margret sein Hausfrau ꝛc. Bekhennen für vns ꝛc. Das wir mit vnsers Grundtherrn handten des Ehrwürdigen geistlichen Herrn, Herrn Jorgen Abbt des Gottshaus zum Heyl. Creüz verkaufft haben vnser Haus zu Pfaffstetten ꝛc. Der sach ist gezeüg der Edl Erhart Rudlieb iezt Pfleger zu Rauchenegg. Geben nach Christi geburt 1447. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 34. folio 90.

Num. 32. Anno 1448. Wir Fridrich von Gottes gnaden Römischer Künig zu allen zeiten Mehrer des Reichs Herzog zu Oesterreich, zu Steyr, zu Kerndten zu Krain, Graue zu Tyroll ꝛc. Entbiethen vnsern getreuen, Tibolten Sebekhen Verweser vnsers Landgrichts, das emalen gen Wolffstain ist gehandelt worden, vnd nachmalen weilent Jorg Schek inngehabt hat, oder wer künfftiglich vnser Lantrichter daselbs wirdet, vnser gnad vnd alles gut. Wir lassen dich wissen, das Wir dem Ersamen Geistlichen vnsern Lieben Andechtigen N. dem Abbt vnd Conuent zu Melkh vnd iren Gotzhaus daselbs zu Melkh, vnd im Burgfrid alle Handlung mit Mass, Eln, Gewicht, Zol, Pfenwerten; auch all sachen, die den Todt, Geltschuld,

schuld, Grundt wunden, oder anderley berüren, die Vnser Landtrichter vormals zerichten gehabt hat, die nu Fürbazzer selber zubesezen vnd zehandlen nach iren willen, In auch Stokh, vnd Galgen dahin geben haben, nach laut vnserer Brief darumb ausgangen. Empfelen Wir dir ernstlich das du In vnd den, so sy sölchs zehandlen vnd zerichten emphelen werden, daran keinerley Irrung, Ingriff, oder Hindernus tust, vnd von Landtgerichts wegen daselbs zu Melkh hinfür nichts mer zeschaffen habest, auch ir Leüth ze Melkh in Markht gesezzen, vnd wonhafft in vnser Schrann gen Marchartsdorff nicht mer eruorderst, noch hintz In daselbs richtest vmb kainerley sach. Wann dan alles Ir Richter zerichten hat, als vnser bemelter Brief ausweist. Dauon Tu dawider nicht. Das maynen wir ernstlich. Geben zu der Neunstatt an Eritag vor sant Bertlmes Tag. Anno Domini &c. XLVIII. Vnsers Reichs in neünten Jare Commissio Domini Regis in consilio. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 8. fol. 20.

Ich Cholman Grasser bekhenn für mich all mein Erben, vnd ꝛc. *Contractus propter collectionem decimarum in Cadolz.* Des sind gezeügen der Edl Vesste Ritter Herr Bernhardt der Druchses von Grueb, die zeit Pfleger zu Egenburg, vnd der Edl Herr Erhardt Zwingendorffer mein lieber Ohaym ꝛc. Der Brieff ist geben nach Christi geburt 1448. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 423. folio 931. Num. 33. Anno 1448.

Wir Fridrich von Gottes gnaden Römischer Künig zu allen zeiten Mehrer des Reichs, Herzog ze Oesterreich, ze Steyr, ze Kernten, vnd ze Krain, Herr auf der Windischen March, vnd ze Portenau, Graff ze Habspurg, ze Tyroll, ze Phirt, vnd ze Chiburg, Marggraff ze Purgau, vnd Landtgraff in Elsass. Bekhenen für vns, vnd vnsern Lieben Vettern Künich Laslauen des Vormund Wir seyn ꝛc. *Confirmatio privilegiorum Monasterii Mellicensis.* Der Brieff ist geben zu Neünstatt an Eritag vor St. Bartholmes Tag. Nach Christi geburt 1448. Jahr, vnsers Reichs in neünten Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 132. fol. 352. Num. 34. Anno 1448.

Ich Leupoldt Welser die zeit Pfleger zu Baaden, vnd ich Margret sein Hausfrau Vergehen für vns ꝛc. *Concernit commutationem alicuius domus in Paden.* Darzue haben wir fleissiglich gebetten die Edlen Vessten Jörgen Hager, Christoff Koss Pfleger zu Loestorff, das sie der sachen gezeügen seint ꝛc. Geben nach Christi geburt 1449. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 69. fol. 175. Num. 35. Anno 1449.

Venerabilibus ac Religiosis in Christo Patribus & Fratribus Domino Christianno Abbati totique Conventui Monasterii in Mellico ordinis S. Benedicti Pataviensis diæcesis. Nos Fratres Jacobus Abbas, Vlricus Prior totusque Conventus Monasterii S. Agapiti Martyris in Krembsminster ordinis & diæcesis eorundem cum sinceræ charitatis affectu salutem in Domino perhenniter adipisci. Quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ matris Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur, & Christo suo capiti ad percipiendam per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur, tanto liberius atque libentius sinum charitatis in ampliandæ confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus huiusmodi ferventius anhelamus. Vnde Vestrarum charitatum precibus & religiositate moti matura delibera- Anno 1449.

Q tione

tione plenæ confraternitatis bonorum scilicet omnium consortium & communionem in missis, orationibus, elemosinis, abstinentiis & vigiliis, ac aliis virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos & successores nostros in dicto Chrembsmünster dignabitur operari, vobis & successoribus vestris tenore præsentium libere concedimus. Adicientes, quod cum obitus fratris unius vel plurium prædicti Monasterii vestri professi vel Professorum nobis intimatus fuerit, vigilias & missam defunctorum iuxta consuetudinem nostri Monasterii persolvemus. Sed & singuli Sacerdotes missas legentes singulas missas. Clerici vero missas non legentes officium defunctorum totum, vesperas scilicet & vigilias novem lectionum cum laudibus. Conversi quoque centum Pater noster cum totidem Ave Maria in remedium animarum eorundem dicent. In quorum omnium testimonium & robur hanc paginam sigillis nostris munitam fratribus nostris tradere decrevimus. Datum in nostro Monasterio Chrembsmünster Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, quadragesimo nono. Nona die mensis Aprilis. Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 3.

Anno 1449. Venerabilibus ac Religiosis in Christo Patribus & fratribus Domino Christiano Abbati, Stephano Priori totique Conventui Monasterii Beatorum Apostolorum Petri & Pauli in Mellico Romanæ Curiæ sine medio subiecti ordinis sancti Benedicti Pataviensis diæcesis. Nos Fratres Caspar præpositus, Thomas Decanus totusque Conventus Monasterii Ypoliti ordinis Sancti Augustini Canonicorum regularium præfatæ diæcesis cum sinceræ charitatis affectu Salutem in Domino perenniter adipisci. Quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur, & Christo suo capiti ad percipiendam per ipsum & in ipso spiritualium influentiam uniuntur, tanto liberius atque libentius sinum charitatis ampliandæ confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus huiusmodi ferventius anhelamus. Vnde vestrarum charitate precibus & religiositate moti matura deliberatione præhabita plenæ confraternitatis bonorum scilicet omnium consortium & communionem in missis, orationibus, elemosinis, abstinentiis & vigiliis ac aliis virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos & successores nostros in dicto nostro Monasterio Sancti Ypoliti dignabitur operari, vobis & successoribus vestris tenore præsentium libere concedimus, adicientes, quod, cum obitus fratris unius vel plurium prædicti Monasterii vestri professi vel professorum nobis intimatus fuerit, vigilias & missam defunctorum iuxta consuetudinem nostri Monasterii persolvemus, & singuli Sacerdotes missas legentes singulas missas, clerici vero missas non legentes officium defunctorum totum, vesperas scilicet & vigilias novem lectionum cum laudibus, conversi quoque centum Pater noster cum totidem Ave Maria in remedium animarum eorundem dicent. In quorum omnium testimonium & robur hanc paginam sigillis nostris munitam præfatis fratribus nostris tradere decrevimus. Datum in dicto nostro Monasterio sancti Ypoliti decima die mensis Januarii Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quadragesimo nono. Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 3.

CA-

CAPVT XVI.

Monumenta Historico-Diplomatica ab Anno 1450. ad 1470.

IN nomine Domini Jesu Christi. Nos Fratres Laurentius Abbas Monasterii in Cellis Mariæ Ord. S. Bened. Nicolaus Præpositus S. Dorotheæ Wiennæ Can. Reg. S. Aug. & Joannes Prior domus vallis omnium Sanctorum Carthusiensis Ord. diocesis Patav. tenore præsentium notum facimus, quibus expedit, universis. *Instrumentum visitationis Monasteriorum per Austriam à SS. Papa Nicolao V. ordinatæ, singulis mensibus in capitulis legi præceptum.* Demum à Reverendissimo in Christo Patre & Domino, Domino Nicolao de Cusa Cardinali S. Petri ad vincula Apostolicæ sedis legato in nostra provincia, tunc præsenti, gaudens quod occasionem obtinendi suum votum dudum conceptum, nunc reperisset &c. Datum cum appendentibus nostris sigillis Anno 1450. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 144. folio 350. Num. 1. Anno 1450.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei dilectis Filiis Abbati Cellis Mariæ & Præposito sanctæ Dorotheæ in Vienna per Præpositum soliti gubernari Monasteriorum ac Priori domus Carthusiensis Mauerbacensis Pataviensis diæcesis salutem & Apostolicam benedictionem. Inter multiplices curas, quibus occurentium rerum, negotiorum varietatibus obsidemur, illam attentius amplectimus, per quam regulares ordines & loca iugi sanctimoniæ dedita, prout congruere conspicimus in spiritualibus & temporalibus prosperitatis optatæ dirigantur eventu: unde efficacis ad id solitudinis studium adicere cupimus, & provisionis salutaris remedio occurrere, ne ordines & loca ipsa Apostolicæ providentiæ, quod absit, destituta consilio, periculosæ deformationis attingant opprobrium, sed labentis cursu temporis continuum dante Domino in eisdem spritualibus & temporalibus suscipiant incrementum. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Abbatis & Conventus Monasterii Mellicensis ordinis sancti Benedicti Pataviensis diæcesis petitio continebat, quod licet in eodem Monasterio, quod sedi Apostolicæ immediate subiectum existit, triginta annis elapsis regularis observantia viguerit, prout viget de præsenti, tamen dicti Abbatis & Conventus pro sui status maiori certitudine & securitate visitationis præsidium desiderant salutare. Nos igitur, quorum interest super his afferre nostræ vigilantiæ curas, prædictorum Abbatis & Conventus in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni vestræ, de qua in his & aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus Cælesti comitante Cætu infra tres vel quatuor menses, postquam præsentes litteras receperitis, ad ipsum Monasterium accedentes, & præ oculis solum Deum habentes in Monasterio prædicto tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ac capite, quam membris debitæ reformationis officium de triennio in triennium usque ad decem annos à dato præsentium computandum, auctoritate Apostolica impendere & sollicite exercere procuretis, ac omnia debitæ reformationis fulciatis amminiculo, quo illo noveritis indigere. Nos enim, ut ex huiusmodi visitatione & directione salubri fructus proveniant ampliores, vobis omnes & singulos Monachos ac personas dicti Anno 1450.

Monasteri, cuiuscunque dignitatis, status, gradus vel conditionis fuerint, iuxta criminum & excessuum per eos quomodolibet perpetratorum qualitatem & exigentiam canonicasque sanctiones, & regularia dicti ordinis instituta, puniendi & corrigendi, & pœnis debitis percellendi, eorumque officiis privandi, & ab illis amovendi, ac de eis aliis idoneis personis providendi, ac omnia alia & singula exequendi, quæ secundum Deum & eiusdem ordinis observantia, præfatique Monasterii salubria statuta in præmissis & circa ea necessaria videntis, sive etiam oportuna faciendi, statuendi, disponendi, ordinandi, declarandi, interpretandi & exequendi, contradictores quoque & rebelles per censuram Ecclesiasticam, ac oportuna iuris remedia appellatione postposita compescendi: Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, plenam ac liberam auctoritate Apostolica concedimus facultatem. Non obstantibus, quod Tu Prior ex Personis, quibus litterarum Apostolicarum executio committi debet, non existas, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non Monasterii ac ordinis prædictorum statutis & consuetudinibus, iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate vallatis cæterisque contrariis quibuscunque. Aut si Monasterio, Abbati, Conventui, Monachis ac Personis prædictis ab eadem sit sede indultum, quod aliquos præter aut contra eis concessa privilegia sive indulta ad visitandum, vel alias admittere minime teneamus Præsidentes, & ad id compelli, vel excommunicari aut suspendi, seu ipsi aut Monasterium huiusmodi interdici non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus & indulgentiis Apostolicis specialibus vel generalibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta vestræ iurisdictionis exsplicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & quæ quo ad hoc ipsis volumus aliquatenus suffragari. Datum Romæ apud S. Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ 1450. 18. Kal. Julii. Pontificatus nostri anno quarto. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 144. fol. 351.

Anno 1450. Reverendis in Christo Patribus ac Dominis, Domino Christiano Abbati, Stephano Priori totique Conventui Monasterii beatorum Petri & Pauli Apostolorum in Mellico Ordinis S. Benedicti pataviensis diæcesis dominis & Confratribus nobis in Christo venerandis. Nos Simon præpositus, Ludwicus decanus totusque Conventus Monasterii Beatæ Mariæ Virginis in Newnburga claustrali Ordinis S. Augustini Canonicorum regularium dictæ pataviensis diæcesis, cum sinceræ charitatis affectu salutem in Domino perhenniter adipisci, quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis merito prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur, & Christo suo capiti ad participandam per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur, tanto liberius atque libentius sinum charitatis in ampliandæ Confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus huiusmodi capiendam ubertim spe haud dubia salubrius & efficacius atque eo ferventius anhelamus, unde religionis & honestatis vestræ attracti fama propensius & illecti matura deliberatione præhabita plenæ fraternitatis ac bonorum omnium consortium & communionem in missis, orationibus, elemosinis, abstinentiis, vigiliis atque aliis virtutum

exerci-

exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos & successores nostros in dicto Monasterio in Neuburga claustrali dignabitur operari, vobis & singulis confratribus eiusdem Conventus vestri, præsentibus & futuris hilariter impartimur, prædictamque confraternitatis participationem, quam utique, quantum in nobis est, libera mente ac cordiali affectu decernimus, statuimus ac perpetuo quo ad posteros nostros irrefragabiliter ratam esse volumus, vobis sub præsentiarum litterarum testimonio pleno desiderio elargimur. Adicientes, ut, cum aliquis fratrum vestrorum vocante Domino decesserit, eiusdem nobis nuntiato obitu quilibet nostrum presbiterorum infra mensem obligatus sit continue computando ad unam missam quamcunque duxerit eligendam, ita tamen quod eandem missam pro salute eiusdem confratris celebret, & ad sibi succurrendum cum impositione unius collectæ deputet & ordinet. Diaconi vero, subdiaconi Acolitique quilibet eorum ad officium mortuorum videlicet vigilias novem lectionum cum laudibus placebo & collectis consuetis, Conversi denique fratres unusquisque eorum ad centum pater noster cum totidem Ave Maria, animamque ipsius iuxta laudabilem observantiam & consuetudinem loci nostri cum vigiliis & missarum solemniis ac psalmis, verba mea: in Capitulo commendabimus fidelium omnium redemptori omnium. Nomina etiam eorum defunctorum nostris annalibus mortuorum libris ascribemus. Et ut hæc scripta inviolabiliter ac perpetuo observentur, nostris sigillis hanc paginam roboratam decrevimus insigniri. Datum Neuburgæ in nostro Monasterio. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo. Vigesima secunda Decembris. Archiv. Mell. Scrin. 98. fas. 4.

Ich Mert, Ich Peter Gebrieder die Lenterstorffer, vnd ich Ypolt Cholinger bekhenen für vns, vnd all vnser Erben ꝛc. *Abbas Mellicensis emit ab istis canonem annuum de area aliqua in Knechtleinstorff.* Des sint gezeüg die Edlen Wolffgang der Fraunberger, vnd Wolffgang der Friesinger mit ihren anhangenden Insigln. Geben nach Christi geburt 1451. Jahr, Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 38. folio 98. Num. 2. Anno 1451.

Venerabilibus ac in Christo Patribus & Fratribus Domino Stephano Abbati, Joanni Priori, totique Conventui Monasterii Mellicensis Ordinis S. Benedicti sedis Apostolicæ sine medio subiecti, Pataviensis diæcesis. Nos Fratres Petrus Præpositus, Johannes Decanus totusque Conventus Monasterii intemeratæ Virginis Dei Genitricis Mariæ in Ror, Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium Ratisponensis diæcesis, cum orationum munere, ut devotorum illud glutinum charitatis, quod de multorum cordibus facit unum, quanto Spiritus humani dignitas suo præeminet corpori, uc æterna transitoriis gaudiis merito præferuntur, tanto gaudio pleniori noster in Deo Spiritus exultavit pro oblatis spiritualibus beneficiis per vos ac litteras vestras datentes, Christo, qui concorpiam facit in suis sublimibus gratias multiplices referentes. Ne etiam videamus pro ingratitudine, quæ sibi fontem pietatis exsiccat, delinquere, & quodammodo à rationis tramite deviare, vestris reverentiis, tanquam Confratribus nostris dilectissimis quasi pro multis pauca, & pro maximis minima, hoc est universa & singula bona opera, quæ divina pietas per nos ac successores nostros operari dignabitur, in missis, orationibus, elemosinis, abstinentiis, ac aliis spiritualibus exercitiis, quocunque Anno 1451.

nomine cenſeantur, horum omnium participationem vobis ac ſucceſſoribus veſtris tenore præſentium libere concedimus in vita pariter & in morte adicientes, quod cum obitus fratris unius vel plurium prædicti veſtri Monaſterii profeſſi vel profeſſorum nobis intimatus fuerit vigilias & miſſam defunctorum iuxta conſuetudinem noſtri Monaſterii perſolvemus, ſed & ſinguli Sacerdotes miſſas legentes ſingulas miſſas, clerici vero miſſas non legentes officium defunctorum totum, veſperas ſcilicet & vigilias novem lectionum cum laudibus, converſi vero centum Pater noſter cum totidem Ave Maria in remedium animarum eorundem dicent. In quorum teſtimonium & robur hanc paginam ſigillis noſtris munitam præfatis Patribus & Fratribus noſtris tradere decrevimus. Datum Ror. Anno Milleſimo Quadringenteſimo quinquageſimo primo. in die vndecim millium Virginum. Archiv. Mell. Scrin 98. faſc. 4.

Num. 3. Anno 1451. Ich Hanns Pfarrer zu Rueprechtshofen bekhenn für mich ꝛc. *Iſte vendidit quædam bona, quibus pro nova Eccleſia in oppido Mellicenſi miſſa matutina fundata eſt.* Das bezeůgen die Edlen Hanns Paltram Pfleger zu Weichſlbach, vnd Hanns Wiſent Landtrichter zu St. Lienhart in Vorſſt mit ihren baiden anhangenden Inſigl. Geben zu Rueprechtshofen. Nach Chriſti geburt 1451. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 162. folio 457.

Num. 4. Anno 1453. Wir Laſlau von Gottes gnaden zu Hungern, zu Pehem, Dalmatien, Croatien König, Herzog zu Oeſſterreich, zu Steyr, zu Kerndten, vnd zu Krain ꝛc. Marggraff zu Mehrern, vnd Graff zu Tyroll ꝛc. Bekennen vnd Tun kund offenlich mit dem Brieff allen Leůthen, die nu Lebent, vnd hernach künfftig ſind. Sintemalen Wir ſpůren, das vnſer vordern Gots lob vnd Eer lieb gehabt, vnd viel lőbliche Clőſter, vnd Stůfft in iren Landen, erhebt habent, ſo dann wir nu Iren wůrdigen Fůrſtlichen Sezzel beſizen, vnd ihren Fuſpar in gueten werken Pilleich nachuolgen ſullen, zweiffelt vns nicht, daz wir dauon nicht allein mit weltlichen, ſunder halt mit Hymliſchen Eern gehőcht werden, vnd wan vns die Erſamen Geiſtlichen vnſer Lieben andechtigen N. der Abbt vnd Conuent des wůrdigen Gotzhaus ſand Benedicten Ordens zu Mőlckh fůrpracht, vnd erzellt habent, wie vnſer Landrichter, die das Lantgericht, ſo weilent die von Meyſſau, vnd Ir anwelt, vnd nachmalen Jorg Schekh, vnd Jőrig Seiſnegker, zu Vnſers Lieben Herrn vnd Vater Kůnig Albrechts Lőblicher Gedechtnus, vnd vnſeren Handen verweſt, vnd gehandelt habent, die Leůt zu Melkh mit vil vnzimlichen, vnd vngewonleichen Vorderungen beſchwert, vnd betrungen habent, wodurch Sy etwieofft in vnrue, vnd vngemach komen ſein, vnd auch an iren nuzen, vnd Renten mangl geliten habent, das in vnd iren Leůten ſwer geweſen ſey. Darumb ſo haben wir angeſehen vnd betracht den ſteten vnd emſigen Gotzdienſt, den der benent Abbt, vnd ſein Conuent Brieder ſteticlich in iren Cloſter lőblich haben vnd verbringen, auch das manigueltig mitleiden, ſo ſy, vnd ir Leůt mit vnſern Lande getan habent, vnd Tunt, vnd haben in dadurch mit guter Betrachtung, vnd rechter wiſſen, nach vnſer namhaften Lantherrn vnd Ret Rath, von Kůnigleicher macht, vnd als Herzog vnd Landes Fůrſſt in Oeſſterreich zuſambt den gnaden vnd Freyheiten, die In vormahlen von vnſern vordern Herrn vnd Landesfůrſſten in Oſſterreich ſeliger gedechtnus gegeben ſind, vnſer gericht, vnd gerechtigkeit, ſo Wir in dem Markt zu Melkh gehabt, vnd zu den egenanten vnſern Lantgericht gehőrt habent, Lediglich gegeben, vnd geben wiſſent-

wissentlich in krafft des Briefs in solcher Mass, daz vnser Lantrichter, noch dy, die daselb vnser Lantgericht inhabent, oder innhaben, handln, vnd verwesen werden, in dem ganzen Markt vnd Purgfrid zu Melkh kein gericht, weder Todgericht, noch anderlay gericht, vmb welcherlay sachen, das sey haben sullen, oder Türrn, wann wir alles solchs vnser gericht vnd gerechtigkeit in dem Markt, vnd Purgfrid zu Melkh demselben Gotzhaus vorbehalten, vnd lediglich geben haben, daz sy bey den benanten Markht zu Melkh Stokh vnd Galgen, Schrann, vnd Dingstat, vnd auch alzeit iren Richter selbs welen, sezen vnd gehaben sullen vnd mögen, der allweg von vns vnd vnsern Erben, vnd Nachkömen Landesfürssten in Oessterreich Pan vnd Echtnem, vnd emphach, die Wir Im dann genediglich verleihen sullen vnd wellen; vnd vmb all sachen, die den Tod berürent, vnd dartzu, umb all ander sachen, es sey vmb Grünt, Poden, Purgrecht, Pergrecht, Geltschuldt, fliessend wunden, oder welcheray sachen, Hendel oder Zuspruch, die sein nach gelegenheit schuld vnd Tat, gerichten, vnd mit des Gotzhaus oder andern Erbern Leüten Recht besezen sull vnd mug, als in andern solchen Schrannen, Dingstetten vnd gerichten, in vnsern Fürsstentum Oessterreich sit, vnd gewonheit ist, wen, vnd wie offt sich sölch sachen begebend, damit einen yeden, der da fürkumbt, vnd rechtens begert, ein gleichs göttliches Recht widergee, an alles Geuerde: Es soll auch kain Landrichter, der das vorgenant Lantgericht innhat, oder inne haben wirdet nu hinfür ewigleich zu Melkh in dem Markht vnd Purgfrid, von Ellen, Waag, gewicht, Mezen Czol mass, vnd aller Vailler Phenerwertt, dauon Landgerichts wegen kainerlay gerechtigkeit, oder gewaltsam haben, des Gotzhaus, oder andere Herrn Leüt zewandlen, zeuerbiethen, zephenden, noch in dhainerlay sachen auf Sy zegreiffen, oder zepüssen an Irm Leib, oder gut, wie sich das gefügen möchte, wenn des Gotzhaus zu Mölckh Richter, vnd Ambtleüth nu fürbazzer all sölch obgemelt sachen von des Gotzhaus wegen handlen, vnd Tun sullen an aller Lantrichter vnd meniglichs Irrung, vnd Hindernus an Geuerde. Wer auch das in künftigen zeiten Rauber, Diep, Ubelteter, Mansiechter, oder ander schedlich Leüt, ainer oder meniger zu Melkh, vnd in dem Purgfrid daselbs, funden, oder begriffen wurden, dieselben des Gotzhaus Richter, Ambtleüt, vnd Anwelt von Irs gewalts vnd Ambts wegen selbes heben, vnd zu iren Handen nemen, vnd ob Sy den Tod, oder ander Straff verschult hieten, zu in richten, vnd recht besizen, vnd gern lassen in der Schrann zu Melkh, als solcher gericht in Land zu Oessterreich Recht vnd gewonhait ist. Wir sezen auch vnd wellen ernstlich, ob die Leüt vnd Hindersessen daselbs in dem Markht, vnd Purgfrid in die gemain Schrann zu Marchartstorff geuordert wurden, von welcherlay zicht oder sachen wegen das geschech, daz Sy dann nicht Pflichtig sullen sein, auf sölch Vordrung dahin zekommen, noch sich zuuerantwürten, vnd ob vnser Lantrichter, Vögt, oder Anwält, die das vorgemelt vnser Lantgericht hinfür Innhaben, Verwesen, vnd handlen werden, wider sölch vnser gegenwürtig Freihait, vnd gnad, so wir den geistlichen Leüten zu Mölckh Irm Gotzhaus, vnd allen Irm nachkomen, vnd Leüten daselbs in dem Markht vnd Purgfrid, als vor begriffen ist, mit disem vnserm Priuilegi getan vnd geben haben, dhainerlay Irrung oder Hindernus Teten, in dheinerlay weis, oder Sy, oder Jr Leüt darwieder an irm Leib, oder gut beswerten, oder angriffen, so sullen Sy wissen, sich in vnser vnd vnserm Erben vnd Nachkommen Herrn vnd

vnd Landsfürsten in Oessterreich swere vngnad komen, vnd darzu in vnser Fürsstlich Cammer zu Oessterreich zu Peen veruallen sein Tausent Phunt guter Wienner pfening, vnd den vorgenanten geistlichen Leüten auch als vil, vnd darzu den Leüten, den sölch beswerung geschech, oder wiederfuhr, all Jr scheden abtragen vnd widerkern genzlich an alles widersprechen vnd geuer, all arglist, ganz ausgescheiden, vnd hindan gesezt, vnd das alle obgemelt vnser gnad Freyhait vnd sachen hinfür ewicleich stet vnd vnzebrochen beleiben. Darumb zu ainer waren vnd sichtigen Vrkund geben Wir den vorgenanten geistlichen Leüten zu Mölckh, vnd allen Jrn Nachkommen, vnd Hindersessen in dem Markht vnd Purgfrid zu Melkh, die Sy iezt habent, vnd hinfür gewinent, disen vnsern Brief. Besigelten mit vnsern küniglichen anhangenden Insigl. Geben zu Wienn an sand Vrbans Tag. Nach kristi gepurde vierzehenhundert, darnach in dem drey vnd Funffzigisten, vnserer krönung vnsers Reichs, des Hungerischen ꝛc. im virzehenden Jare. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 11. fol. 37.

Num. 5. Anno 1453. Ich Fridreich Herr zu Hohenberg Vergich für mich vnd all mein Erben ꝛc. *Venditur Abbati Mellicensi domus cum aliqua vinea in Pafffletten.* Versigelt mit meines vnd meines Sohns Herren Stephans Herrn zu Hochenberg anhangenden Insigl, vnd des ist gezeüg der Edle Caspar der Schiffer mit seinem anhangenten Insigl ꝛc. Geben nach Christi geburt 1453. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 103. fol. 288.

Num. 6. Anno 1453. Ich Hanns Holzer zu Sizentall, Bekhenn für mich, vnd für all mein Erben ꝛc. *Litteræ reversales propter ius piscandi in fluvio Pillach prope Sizental.* Geben nach Christi geburth 1453. Jahre. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 262. fol. 762.

Num. 7. Anno 1453. Wir Michael von Gottes gnaden des Heyl. Röm. Reichs Burggraff zu Maidburg, vnd Graff zu Hardegk ꝛc. *Contractus vi cuius Monasterio Mellicensi ceduntur quædam bona prope Rez.* Bekhenen für vns ꝛc. Der Brieff ist geben an St. Thoma Tag des Heyl. zwölff Pothen nach Christi geburt 1453. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 308. fol. 917.

Num. 8. Anno 1454. Ich Anna Heinreichs Haiden seelige Wittib Burgerin zu Wienn bekhenn für mich ꝛc. *Tabulæ emptitiæ pro domo in Gundramstorf.* Der sach sind gezeügen der Edle Vesst Ritter Herr Oswalt Reichholff zu den zeiten Burgermaister zu Wienn, vnd der Erber Weis Vlreich Hirssauer Stattschreiber daselbs mit ihren anhangenden Insigl ꝛc. Geben zu Wienn an St. Pangrezen Tag, nach Christi geburth 1454. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 104. fol. 291.

Anno 1454. Venerabilibus ac Religiosis Patribus & Fratribus, Domino Johanni N. Priori, totique Conventui Monasterii S. Petri in Mellico Ordinis S. Benedicti pataviensis diæcesis. Nos & Frater Petrus Abbas, Georgius Prior amboque Conventus tam fratrum quam sororum Monasterii S. Petri Salisburgæ ordinis S. Benedicti Salisburgensis diæcesis cum sinceræ charitatis affectu salutem in Domino perhenniter adipisci. Quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur, & Christo suo capiti ad percipiendam per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur, tanto liberius atque libentius sinum charitatis in amplianda confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad perceptionem fructus huiusmodi fer-

ventius

ventius anhelamus. Vnde vestrarum charitatum precibus & religiositate moti matura deliberatione præhabita plenæ confraternitatis omnium scilicet bonorum consortium & communionem in missis, in orationibus, elemosinis & abstinentiis, vigiliis & aliis virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos, successoresque nostros utriusque sexus in dicto Monasterio nostro dignabitur operari vobis ac successoribus vestris tenore præsentium libere concedimus. Adiicientes: quod, cum obitus unius Fratris vel plurium prædicti Monasterii vestri Professi vel Professorum nobis intimatus fuerit, vigilias & missas defunctorum iuxta consuetudinem nostri Monasterii persolvemus. Sed & singuli Sacerdotes missas legentes singulas missas, Clerici vero missas non legentes officium defunctorum totum, vesperas scilicet & vigilias novem lectionum cum laudibus, Conversi quoque centum Pater noster cum totidem Ave Maria, sorores vero vigilias, ut præmittitur de clericis, ob refrigerium animarum eorundem dicent. In quorum omnium testimonium & robur hanc paginam sigillis nostris munitam fratribus nostris tradere decrevimus. Datum in Monasterio nostro Salisburgæ in die S. Pauli primi heremitæ. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo, Quinquagesimo quarto. quarto Idus Januarii. In Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 4.

Ich Hanns, vnd ich Wolffgang Gebrieder die Kelberschaider bekhennen für vns 2c. *Isti vendiderunt Abbati Mellicensi pagum Hausheim prope VVelbling.* Der sach sind gezeugen die Edlen Hanns Zerne vnser lieber Schwager, vnd Jorig Steinberger vnser lieber Vetter auch mit ihren anhangenten Insigeln 2c. Geben an Pfingstag vor St. Pangrezen Tag, nach Christi geburt 1454. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 98. folio 241. Num. 9. Anno 1454.

Confœderatio Monasterii Mellic. cum Monasteriis Sublacensi & sacri specus.

Orationes utinam devotæ cum fraternæ charitatis affectu, Venerabiles Religiosi Patres ac novellæ plantationis nostræ Religionis fundatores præcipui alias dum personaliter coram vestris paternitatibus in Monasteris vestris dilectus nobis in Christo frater Nicolaus consisteret, perceptisque multivariæ humanitatis beneficiis flammigeræ charitatis vestræ ex superabundanti perfectionis culmine nobis filiolis suis ac, ut intelleximus, successoribus nostris Monachis Professis Monasterii Mellicensis communionem dederunt in divinis officiis, missis, orationibus, Jeiuniis, vigiliis, hospitalitatibus, elemosinis aliisque servitutis vestræ obsequiis, quæ divina bonitas dignabitur per vestras paternitates & successores vestros operari. Quocirca pro his omnes fratres mei unanimiter & ego devotus exhibens gratiarum actiones paternitatibus vestris vicaria sollicitudine in præfatis omnibus similiter quæ divina clementia per nos nostrosque successores dignabitur operari per præsentes litteras concedimus participium & communionem sperantes per huiusmodi charitatis mutuæ amplitudinem cælestia adipisci efficacius regna efficacius recommendantes nos vestris devotissimis orationibus ac offerentes nos ad quævis beneplacita. Ex Monasterio nostro Mellicensi ordinis Sanctissimi Patris nostri Benedicti Pataviensis diæcesis Romanæ curiæ immediate subiecti die octava eiusdem Beatissimi Patris nostri. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quarto per vestrarum Paternitatum minimum fratrem Johannem dictum Abbatem ibidem. In Archivo Mellicii sub Scrin. 98. fasc. 4. Anno 1454.

Anno 1454. Reverendo in Christo Domino Abbati Venerabilis Mellicensis Monasterii Patribus venerandis. Cirillus Abbas Monasteriorum Sublacensis & sacri specus ordinis sancti Benedicti invicem canonice unitorum sacro-sanctæ Romanæ Ecclesiæ immediate subiectorum, quæ nullius sunt diæcesis, ac ipsorum Monasteriorum Conventus sempiternam in Christo salutem & sinceros affectus. Quoniam non locorum distantia, seu ampla terrarum spatia, temporumve longevitas separabit à charitate Christi illos, qui veri eius æmulatores fuerint, hinc est, quod disponente bonitate divina vestris Paternitatibus nobiscum, nobis etiam vobiscum visum est peculiari quodam amore præcipui mandati divini adimplendi gratia spiritualiter inhærendum, hinc inde videlicet, ut omnium & singulorum divinorum officiorum, missarum, orationum, ieiuniorum, vigiliarum aliorumque nostræ servitutis obsequiorum, quæ in nostris Sublacensis & sacri specus Monasteriis præfatis operari Dominus dignabitur in nobis nostrisque successoribus, vos moderni ac præfati tam Venerabilis membri nostri ordinis Mellicensis Monasterii futuri, Abbates atque fratres participes efficiamini. Nosque pari modo nostrique successores, omnium & singulorum bonorum, quæ per vos vestrosque successores Venerabilis Mellicensis cænobii Abbates atque fratres operari Dominus concesserit, participes efficiamur & consortes, ut huiusmodi hinc inde sata, tanto in uberiorem frugem exurgant, quanto in ampliores charitatis fines fuerint dilatata atque dispersa. Nos igitur nostraque tota Congregatio hoc ipsum habentes gratissimum & acceptum unanimiter congregati & capitulariter Convenientes voluimus & fecimus, etiam denuo statuimus & approbamus hæc mutuæ charitatis fœdera inter vos & nos, vestros nostrosque posteros firma & illibata perdurare vestris orationibus sacris nos devotissime commendantes, & ad vestra beneplacita semper paratos nos offerentes. In quorum fidem sigillum nostrum patentibus duximus affigendum. Datum in Monasterio Sublacensi, præfato, Anno à Nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo quarto, die vero sexta decima mensis Septembris &c. In Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 4.

Num. 10. Anno 1455. Ich Erhardt von Zelking Vergich für mich vnd all mein Erben ꝛc. *Commutatio quorundam bonorum immobilium prope Mellicium & Zelking.* Besigelt mit meinem, vnd mit des Edlen Herrn Herrn Jörgen, vnd Herrn Christofen von Zelking meinen lieben Vettern anhangenten Insigln. Der sachen sind gezeüg die Edlen Vlreich Zeller vnd Pangrez Theminger auch mit ihren Insigeln ꝛc. Der Brieff ist geben nach Christi geburth 1455. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 439. fol. 977.

Num. 11. Anno 1455. Ich Jeronimus die zeit Pfarrer vnser lieben Frauen Kirchen zu Rauelspach, Ich Caspar Schober ꝛc. Bekhenen offentlich mit dem Brieff ꝛc. *Venduntur Abbati Mellicensi, bona quædam immobilia in Ravelspach.* So haben Wir Vleissiglichen gebetten die Edlen Wolffgangen Annberger, vnd Petern Schaur, das sie zu zeügnus der sach ihre Insigl für vns an den Brieff gehengt haben. Nach Christi geburt 1455. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 294. folio 872.

Num. 12. Anno 1455. Ich Clement Treppl von Ekhendorff, vnd ich Margareth sein Hausfrau bekhennen für vns ꝛc. *Emit Abbas Mellicensis vineam prope Ravelspach.* Versigelten mit der Edlen Casparn Schober, vnd Wolffgangs Oeder baider anhangenden Insigeln ꝛc. Geben zu Wienn an St. Lucien Tag. Nach Christi geburdt 1455. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 57. folio 137.

Ich Paul in der Hueb zu Wolfhartsbrun, vnd Ich Margret sein Hausfrau ꝛc. Bekhenen für vns ꝛc. *Iste dedit Monasterio Mellicensi unam libram denariorum de una hueba in VVolfhartsbrun.* Besigelt mit der Edlen Pangrezen Allantspekhen, vnd Bernharts Stainbergen Insigeln ꝛc. Der Brieff ist geben an Pfingstag vor St. Mattheus Tag, des Heyl. 12. Pothen. Nach Christi geburt 1455. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 275. fol. 810. Num. 13. Anno 1455.

Wir Johannes von Gotts gnaden Abbt zu Mölckh ꝛc. Bekhennen das für vns kam der Edl Vesst Hanns Dechsenpekh, vnd bath vns mit Vleis, das wir ihm an stat sein selbs, als dem Eltern, vnd Lehentrager, vnd Sigmunden seinen Brueder zu ihr baiden handten gerueheten zuuerleihen ainen Traydtzehent zu Schönfeldt ꝛc. Geben zu Melckh am freytag nach St. Rueprechts Tag, nach Christi geburt 1456. Jahr. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 118. folio 297. Num. 14. Anno 1456.

Wir Johannes von Gottes gnaden Abbt zu Mölckh, bekhennen für vns ꝛc. Das wir in bstandweis verlassen haben, vnd lassen auch wissentlich mit dem Brieff vnser zwen Theil Getraydt vnd Krautzehent zu Tribeswinkhl dem Edlen Herrn, Herr Hannsen von Winden, vnd sein Erben ꝛc. Geben zu Mölckh an St. Vrbans Tag, nach Christi geburt 1457. Jahr. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 151. folio 388. Num. 15. Anno 1457.

Ich Vlrich Eizinger von Enzing bekhenn für mich, vnd mein Erben ꝛc. *Ceduntur Monasterio Mellicensi decimæ in Mödling.* Der sachen ist gezeüg der Edl Hanns Leuprechtinger mein lieber Vetter mit seinem anhangenten Insigl ꝛc. Der Brieff ist geben zu Tirnstain, nach Christi geburt 1457. Jahr. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 65. fol. 164. Num. 16. Anno 1457.

Ich Jorig, vnd ich Jeronime Gebrieder die Mülbanger bekhennen für vns, vnd all vnser Erben ꝛc. *Tabulæ emptitiæ quorundam bonorum prope Mölk.* So hab ich mit Vleis gebetten den Edlen Jorgen Hekinger Pfleger zu Schönpüchl, das er sein Insigel daran gehangen hat. Der sachen sindt gezeüg die Edlen Sigmund Peunter zu Schönpüchl, vnd Caspar Slisselberger Pfleger zu Schallenpruckh. Geben nach Christi geburt 1457. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 97. folio 235. Num. 17. Anno 1457.

Ich Heydweig Micheln des Paltram Eheliche Hausfrau, Ich Barbara des Menter Eheliche Hausfrau ꝛc. *Traditur Monasterio Mellicensi curia in Reissach.* Bekhennen für vns ꝛc. Vnd des sindt gezeügen die Edlen Wolffgang Purkhstaller, Erhart Hueber mit ihren anhangendten Insigeln ꝛc. Geben nach Christi geburt 1457. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 306. fol. 912. Num. 18. Anno 1457.

Ich Kristan Liepharter Pfarrer zu Weikendorff bekhenn für mich ꝛc. *Iste pro se fundavit anniversarium in illa Ecclesia.* Der sach ist auch gezeüg der Erber, Weise Vlreich Hirssauer Stattschreiber zu Wienn ꝛc. Geben zu Wienn an Sambstag vor St. Veits Tag. Nach Christi geburt 1458. Jahr. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 199. folio 531. Num. 19. Anno 1458.

Wir Fridrich von Gottes gnaden Röm. Kayser zu allen zeiten Mehrer des Reichs zu Hungarn, Dalmatien, Croatien ꝛc. König, Herzog zu Oesterreich, zu Steyr, zu Kärndten, zu Crain, Graff zu Tyroll ꝛc. Bekhennen, das Wir angesehen haben das guet vnd geordnet leben, so die Ersame Geistliche vnsere Liebe andächtige der N. Abbt, vnd Conuent zu Mölckh führen, auch den löbl. Gottsdienst, der durch sie Täglich vollbracht wirdet, des Wir dan auch hoffen Num. 20. Anno 1459.

Tailhafftig zu werden: Vnd haben Ihnen dardurch auch zu besserung Irer Nahrung vnser Vischwayd auf halben Teil der Tunau, die zu vnseren Gschlos Weitteneggg gehört, gegeben, vnd geben auch wissentlich mit dem Brieff ꝛc. Das mainen wir ernstlich mit Vrkhund des Brieffs. Geben zu Crembs am Pfingstag nach St. Augustini Tag, nach Christi geburt im 1459zigsten. Vnsers Kaysers Thumbs in achten, vnd vnserer Reich des Römischen im zwainzigsten, vnd des Hungarischen im ersten Jahren. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 161. folio 455.

Num. 21. Anno 1459. Ich Veit Randegker, vnd ich Benedict Randeker Gebrieder bekhenen für vns ꝛc. *Iste vendidit Mellicensi civi septem iugera agrorum in Spilberger feld.* Vnd dient alle Jahr an Michaeli Tag dem Edlen Herrn Bernhardten von Tirnstein 10. pfening ꝛc. Des ist gezeüg der Edl Hanns Tuensent mit seinem anhangenten Insigl. Der Brieff ist geben nach Christi geburth 1459. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 163. folio 462.

Num. 22. Anno 1460. Wir Fridrich von Gottes gnaden Römischer Kayser zu allen zeiten Mehrer des Reichs zu Hungarn, Dalmatien, Croatien ꝛc. Künig ꝛc. Bekhenen für vns vnd vnser Erben, vnd Nachkhomen ꝛc. *Confirmatio privilegiorum Monasterii Mellicensis.* Auch Thuen wir egenanter Kayser Fridrich den benanten Abbt vnd Convent, vnd ihren Nachkhomen die sunder gnad, vnd geben ihnen N. da sich vnsers lieben getreuen Rudigers von Stahrenberg N. anhebt ꝛc. Geben zu Wienn an St. Alexien Tag vnter vnser Kayserl. May. anhangenden Insigl. Nach Christi geburt in 1460. Jahr. Vnsers Kaysers Thumb in neundten, vnserer Reich des Römischen in 21. vnd des Hungarischen in 2. Jahren. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 15. fol. 51.

Anno 1462. Pius Episcopus Servus Servorum Dei dilecto Filio Præposito Monasterii per Præpositum soliti gubernari, beatæ Mariæ Neünburgæ claustralis, Pataviensis diæcesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ex supernæ providentia Maiestatis, quamvis insufficientibus meritis, in Apostolicæ sedis specula constituti circa Ecclesiarum & Monasteriorum omnium, præsertim Romanæ Ecclesiæ immediate subiectorum, ac in eis sub regulari habitu Altissimo famulantium personarum statum in melius annuente Domino, prosperandum paternis & sollicitis studiis intendentes, ea solertis provisionis auxilia libenter impendimus, per quæ eædem personæ temporalium rerum adiutæ præsidiis, divinis obsequiis commodius insistere, nec non Ecclesiæ & Monasteria ipsa sublatis quibusque dispendiis, felicibus in Domino valeant proficere incrementis. Sane pro parte charissimi in Christo Filii nostri Friderici Romanorum Imperatoris semper Augusti nobis nuper exhibita petitio continebat; quod licet Monasterium Mellicense ordinis Sancti Benedicti Passaviensis diæcesis sedi Apostolicæ immediate subiectum priscis temporibus adeo divini Numinis affluente præsidio, in suis facultatibus atque redditibus exuberare consueverit, quod onera illius, Abbati & Conventui pro tempore incumbentia supportare potuerit: procedente tamen tempore Monasterii facultates & redditus huiusmodi propter queras sævas & calamitates plurimas, quæ partes illas aliquamdiu obruerunt, dictimque vigent, in tantum distracti & diminuti sunt, ut ipsi onera pro tempore eis incumbentia, sicut prius consueverant, commode supportare nequeant, ac pro residuorum, quæ habent in prædio suo, Waikendorf vulgariter dicto, dictæ diæcesis, ac aliorum

rum bonorum suorum conservatione & manutentione nec non insultantium illic frequenter faciliori resistentia ex præfati Imperatoris speciali concessione & indulto, Arcem, Castrum sive Fortalitium Abbas & Conventus præfati in aliquo ad id convenienti loco ædificare & fundare, seu ædificari & fundari facere animo statuerunt, ad cuius ædificationem & constructionem sunt pecuniæ in excessiva quantitate plurimum opportunæ. Et sicut eadem petitio subiungebat, si parochialis Ecclesia in eodem prædio consistens & ad ipsorum Abbatis & Conventus præsentationem legitime pertinens pro eo, quod dictum prædium in Hungariæ, Bohemiæ, Moraviæ, Penetumrophæ finibus consistit, & illius occasione, ac frequentes hostiles incursus dictæ Ecclesiæ, Rector apud ipsam Ecclesiam residere formidat, ex quo divinus cultus propterea inibi tepescere cæpit, timeturque indies plus diminui, nisi desuper de remedio opportuno provideatur; dictaque Ecclesia ab hominibus dicti prædii, qui animalia, bruta & personas suas pro ipsarum salvamento in ea locant & conservant, admodum profanantur, & inibi hospitantur, ut eidem Monasterio, quod etiam decimas inibi percipit, uniretur, annecteretur & incorporaretur perpetuo, & iuxta illam de domo Presbyterali dictæ Ecclesiæ Castrum sive Fortalitium huiusmodi erigeretur, construeretur & fundaretur, ex hoc Abbas & Conventus aliquale in suis necessitatibus sublevamen perciperent, nec non habitatores & homines prædii præfati cum maiori securitate una cum rebus & bonis suis in illo degere possent. Quare pro parte eiusdem Imperatoris nobis fuit humiliter supplicatum, ut Ecclesiam prædictam cum omnibus iuribus suis & pertinentiis præfato Monasterio perpetuo unire, annectere & incorporare, ac alias eis super his opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui inter alia voluimus, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem secundum communem existimationem, tam beneficii uniendi, quam illius, cui uniri peteretur, alioquin unio non valeret. Cupientes damnis, periculis, & incommodis huiusmodi, quantum cum Deo possumus, obviare, nec non ipsius Monasterii profectibus intendere cupientes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si vocatis, quorum interest, repereris ita esse, Ecclesiam prædictam, cuius fructus, redditus & proventus quindecim Marcharum argenti secundum communem existimationem, valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, cum omnibus iuribus & pertinentiis supra dictis Monasterio præfato, cuius fructuum, reddituum & proventuum verum valorem annuum præsentibus haberi volumus pro expresso ad effectum prædictum perpetuo unias, incorpores & annectas: ita quod cedente vel decedente moderno ipsius Ecclesiæ Rectore, sive eam alias quomodolibet dimittente, liceat Abbati & Conventui præfatis per se, vel alium seu alios corporalem possessionem Ecclesiæ iuriumque & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria libere apprehendere, & perpetuo retinere, nec non illius fructus, redditus & proventus in suos Monasterii & Ecclesiæ prædictorum, atque alios usus huiusmodi & utilitatem convertere diæcesani loci & cuiusvis alterius super hoc minime requisita licentia. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, atque nostra prædicta, cui expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscunque. Aut si

aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dictæ ſedis vel Legatorum eius litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus habitos per easdem & quæcunque inde ſecuta ad dictam Eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Nos enim ſi unionem, annexionem, incorporationem, atque alia præmiſſa vigore præſentium fieri contigerit, ut præfertur, Abbati & Conventui præfatis, quod eidem Eccleſiæ per idoneum Presbyterum ſæcularem pro ſolo nutu Abbatis & Conventus prædictorum amovibilem regi, ac Caſtrum in loco decenti ædificari facere libere & licite valeant, eiusdem diæceſani & cuiusvis alterius ſuper hoc licentia minime requiſita, auctoritate præfata, tenore præſentium concedimus, & pariter indulgemus: Proviſo, quod propter unionem, annexionem & incorporationem prædictas, ſi fiant, præfata Eccleſia debitis non fraudetur obſequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, ſed ipſius ſupportentur onera conſueta. Et inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam in quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Datæ Petrioli diæceſis Senenſis. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo, tertio nonas Octobris, Pontificatus noſtri anno quinto. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 479. folio 882.

Num. 23. Anno 1463. Nos Symon Hewndl Dei gratia Monaſterii Neünburgæ clauſtralis Ord. S. Auguſt. Canonicorum Regularium Patavienſis Dioceſis Præpoſitus, ad infra ſcripta inter cætera à ſede Apoſtolica executor ſpecialiter deputatus &c. *Incorporatus Monaſterio Mellicenſi parochia in VVeikendorf, iuſſu Pii Papæ II.* Archiv. Mell. Tom. I. Num. 478. fol. 879.

Num. 24. Anno 1463. Anno 1463. Capitaneus in Weidenek, dictus Lempek, Emerſtorff oppugnat &c. Seyzeneker Baro ex parte Ducis prædictum Caſtrum obſidet, & bombardis maximis oppugnat, turrim unam proſternendo &c. Chron. Mell. Orig. M. S. de hoc anno.

Anno 1664. Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei: dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii Mellicenſis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Patavienſis diæceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Rationi congruit, & convenit æquitati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet eius ſuperveniente obitu litteræ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum conſequantur effectum. Dudum ſiquidem felicis recordationis Pio Papæ ſecundo prædeceſſori noſtro pro parte veſtra expoſito, quod cura animarum parochianorum parochalis Eccleſiæ in Weikendorf Patavienſis diæceſis, veſtro Monaſterio Mellicenſi ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinenti ordinis S. Benedicti dictæ diæceſis, vigore quarundem litterarum eiusdem Pii Prædeceſſoris ex certis ſuadentibus cauſis perpetuo unitæ, in cuius pacifica poſſeſſione etiam

tunc

tunc eratis, per perpetuum Vicarium, cui certa portio super fructibus, redditibus & proventibus Ecclesiæ huiusmodi assignata fuerat, & quam ipse vicarius percipiebat annuatim, regebatur & illi deserviebatur, quodque plurimum dubitabatur, ne occasione dictæ portionis inter vos & Vicarium prædictum lites & Controversiæ orirentur tempore procedente. Vnde pro parte vestra ipsi Pio prædecessori humiliter supplicato, quod vobis, ut de cætero curam animarum huiusmodi per idoneum Presbyterum ad nutum vestrum amovendum exerceri, regi & gubernari, ac illi deservire; nec non in domo Presbyterali dictæ Ecclesiæ unum castrum seu Fortalitium pro tutella & protectione incolarum & habitatorum eiusdem loci in Weikendorf construi & ædificari facere possetis, concedere, aliasque in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaretur. Idem Pius prædecessor litibus & Controversiis prædictis obviare volens, ac tam Monasterii, quam Ecclesiæ huiusmodi fructuum, redditūum & proventuum, veros annuos valores pro expressis habens, huiusmodi supplicationibus inclinatus sub dato videlicet tertio Nonas Maii. Pontificatus sui anno quinto, vobis, quod cedente vel decedente perpetuo Vicario dictæ Parochialis Ecclesiæ tunc existente, seu alias perpetuam dictæ Ecclesiæ Vicariam quomodolibet dimittente, curam animarum parochianorum eorundem per idoneum Vicarium sæcularem ad nutum vestrum amovendum, si ex causa rationabili foret amovendus, super quo vestram Monachalem conscientiam oneravit, ordinarii loci, & cuiuscunque alterius super hoc licentia minime requisita, exercere, & illi deservire: nec non quoddam Castrum seu Fortalitium pro tutella & protectione incolarum prædictorum, ab inimicorum & infidelium incursibus super domo presbyterali & parte Cemiterii eiusdem Ecclesiæ, ipsa tamen inclusa remanente, construere & ædificare libere licite possetis auctoritate Apostolica tenore suarum, si super hoc confectæ fuissent, litterarum, de specialis dono gratiæ indulsit, non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis & consuetudinibus Monasterii & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, cæterisque contrariis quibuscunque. Voluit insuper præfatus Pius prædecessor, quod Ecclesia ipsa debitis propterea non fraudaretur obsequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligeretur, sed per prædictum amovibilem Vicarium exerceretur & deserviretur inibi laudabiliter in divinis. Et insuper ex tunc decrevit irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ne autem de indulto & voluntate præmissis pro eo, quod super illis dicti Pii prædecessoris litteræ Apostolicæ superveniente eius obitu confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari, vosque illarum frustraneum effectum, volumus & eadem auctoritate decernimus, quod præsentes litteræ ad probandum plene indultum, voluntatem & decretum Pii prædecessoris huiusmodi ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius amminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quadringen-

dringentesimo, sexagesimo quarto, decimo sexto Kal. Octobris. Pontificatus nostri anno primo. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 480. fol. 886.

Num. 25. Anno 1466. Vdalricus Dei gratia Episcopus Pataviensis, Imperialis Cancellarius, dilecto in Christo Rectori Ecclesiæ Parochialis in Trebeswinckl aut eius locum tenenti nostræ diæcesis salutem in Domino. Quia ad altare S. Martini in Ecclesia Parochiali in Dreskürchen eiusdem nostræ diæcesis situati, vacans ad præsens per liberam resignationem dilecti in Christo Joannis Schökl Procuratoris, & eo nomine procuratorio. Nicolai eiusdem altaris, ultimi & immediati Rectoris. In cuius quidem Procuratoris mandato nobis extitit facta fides, in manibus nostris factam, ac per nos receptam & admissam, dilectum Georgium Fabri Clericum Præfatæ nostræ diæcesis ad præsentationem honorabilis in Christo dilecti Magistri Petri præfatæ Ecclesiæ in Dreskürchen Rectoris, ad quem ius præsentandi dicti Altaris pertinere dignoscitur, Rectorem instituimus per præsentes, ipsumque per libri traditionem, ut moris est, investivimus de altari eodem: curam ac administrationem spiritualium & temporalium eiusdem altaris sibi plenarie committentes. Quare tibi in virtute obedientiæ firmiter & districte mandamus, quatenus eundem Georgium, aut eius in hac parte legitimum Procuratorem, in & ad prænominati altaris corporalem, realem & actualem possessionem, Juriumque & pertinentiarum omnium eiusdem inducas, & inductum defendas, faciasque sibi de fructibus, redditibus, iuribus & obventionibus universis ad altare prænominatum spectantibus, ab omnibus, quorum interest, integre responderi: Contradictores & Rebelles quoscunque auctoritate nostra ordinaria Ecclesiasticam per censuram firmiter compescendo. Datum Viennæ die 28. Mensis Novembris. Anno Domini 1466. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 156. fol. 402.

Num. 26. Anno 1467. Ich Pernhart von Thyernstain. Bekhenn für mich, vnd all mein Erben ꝛc. Vmb die yetz gemelten zwitrecht, stoss, vnd mishellung all, hat der Edel Herr, Herr Ruediger von Stahrenberg mit Herrn Johannsen Abbten vnd Conuent freindlich verricht, vnd veraint ꝛc. Der sachen sindt gezeügen der Edel Herr, Herr Hardneid von Losenstein, mein lieber freindt, vnd der Edl Vesst Caspar Enikhel zu Albrechts-berg auch mit ihren anhangenden Insigeln ꝛc. Der Brieff ist geben nach Christi geburt 1467. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 263. fol. 765.

Num. 27. Anno 1468. Ich Sigmund von Eyzing, vnd Jörg von Eyzing des obgenanten von Eyzing ehlicher Sohn. Wir bekhennen für vns ꝛc. *Iste exemit domum beneficiatus in Haugstorff ab omni servitute.* Der Brieff ist geben nach Christi 1468. Jahre des Pfingstags vor dem Sontag Oculi in der Vasten. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 202. fol. 588.

Num. 28. Anno 1469. Ich Rueger von Stahrenberg bekhenne mit dem Brieff, das die Edl Frau, Frau Margareth gebohrne von Ekhartsau Herrn Bernhardten von Haslau seeliger Wittib die hernach geschriebene gült von dem Ehrwürdigen Herrn Johannsen Abbt zu Mölckh ꝛc. zu Lehen gehabt ꝛc. *Fundantur quidam redditus pro Ecclesia in Schoenkirchen.* Zu gezeügnus hab ich gebetten den Edlen mein Diener Sigmunden den Panntner das er sein Insigl auch an dem Brieff gehangen hat. Der geben ist zu Schönpüchl an Mittichen vor St. Simon vnd sand Judas Tag nach Christi geburt 1469. Jahr. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 10. folio 285.

Reveren-

Wir Matthias von Gottes gnaden Abbt unser lieben Frauen Gotshaus zu den Schotten zu Wienn 2c. *Compositio cuiusdam litis propter curiam Mellicensem Viennæ prope Scotense Monasterium.* Bekhenen umb all zwitrecht, und mishellung, so gewesen sindt zwischen den Ehrwürdigen Geistlichen Herrn, Herr Johannsen Abbt und den Convent gemain des Gotshaus zu Mölckh ains- und des Edlen Hannsen Harracher des andern Thails: von wegen N. 2c. Geben zu Wienn am Eritag vor sand Bartholmes Tag des Heyl. 12. Pothen. Nach Christi Geburde 1469. Jare. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 17. fol. 42. Num. 29. Anno 1469.

CAPUT XVII.

Donationes, Privilegia &c. ab Anno 1470. ad annum 1500.

WIr Larenz von Gottes gnaden Abbt, und der Convent gemeinklich des Klosters zu Gottweig bekhennen für uns 2c. *Commutatio aliquorum redditum in Spilberg.* Geben nach Christi geburt 1470. Jaht nach unsern lieben Tag der Liechtmesse. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 292. fol. 863. Num. 1. Anno 1470.

Wir Johanns von Gottes gnaden Brobst, Ich Hanns zu den zeiten Techant, und wir der Convent gemain des Gotshaus zu St. Andre auf der Traisen bekhenen für uns 2c. *Reversales propter ius vadi prope Mölk.* Geben nach Christi geburt 1472. am Freytag vor dem Heyl. Pfingstag. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 242. folio 706. Num. 2. Anno 1472.

Wir Fridrich von Gottes gnaden Römischer Kayser zu allen zeiten Mehrer des Reichs, zu Hungern, Dalmatien, Croatien 2c. König, Herzog zu Oessterreich, zu Steyr, zu Kerndten, und zu Krain 2c. Bekhennen für uns, und unser Erben, das uns der Edel unser Lieber getreüer Oswaldt von Eytzingen unser Pfleger zu Drosendorff, die hernach geschribene Güetter aufgesandt 2c. Geben zu der Neüstatt an Mittichen nach St. Mattheus Tag des Heyl. 12. Pothen, und Evangelisten, nach Christi geburt 1472. Jahr unsers Kaysers Thums in 21. unserer Reich, des Römischen in 33. und des Hungarischen in 14. Jaren. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 160. fol. 453. Num. 3. Anno 1472.

Nos Fratres Conradus Abbas, Vdalricus Prior, totusque Conventus Monasterii S. Quirini in Tegernsee, ordinis S. Benedicti, Frisingensis diæcesis Reverendo in Christo Patri Domino Johanni Abbati ac Religiosis viris Patribus & fratribus in Christo charissimis, Augustino Priori, totique Conventui Monasterii sanctorum Petri & Pauli Apostolorum in Mellico eiusdem ordinis, Pataviensis diæcesis, præsentibus & futuris humiles ad Deum preces, tum adeptionem salutis perennis, quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur, & Christo suo capiti ad percipiendam per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur, tanto liberius atque libentius sinum charitatis in ampliandæ confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus huius serventius anhelamus. Vnde vestrarum amicitia & religiositate moti, matura deliberatione præhabita plenæ fraternitatis bonorum scilicet omnium consortium & communionem in missis, orationibus, elemosinis, abstinentiis & vigiliis & aliis virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes & successores nostros in dicto Monasterio Tegernsee dignabitur operari, vobis ac successoribus vestris alias dudum libere concessimus contractamque fraternitatem huius- Anno 1472.

 modi

modi tenore præsentium roboramus. Adicientes, quod dum obitus fratris unius vel plurium prædicti Monasterii vestri Professi vel Professorum nobis intimatus fuerit, vigilias & missam defunctorum iuxta consuetudinem nostri Monasterii persolvemus, sed & singuli Sacerdotes missas legentes singulas missas, clerici vero missas non legentes officium defunctorum totum, vesperas scilicet & vigilias novem lectionum cum laudibus, Conversi quoque centum Pater noster cum totidem Ave Maria in remedium animarum eorundem dicent. In quorum omnium testimonium & robur hanc paginam sigillis nostris munitam præfatis Patribus & Fratribus tradere decrevimus. Datum in Monasterio nostro Tegernsee. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo, Septuagesimo secundo, quarta die Septembris &c. Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 5.

Num. 4. Anno 1472. Ich Steffan von Eizing bekhenn für mich, vnd mein Erben ꝛc. *Iste commutavit cum parocho in Ravelspach quosdam redditus in Zelterndorf.* Geben zu Schretuntal am freitag vor vnser lieben Frauen Tag der Liechtmeß. Nach Christi vnsers lieben Herrn geburth 1472. Jaren. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 295. folio 877.

Num. 5. Anno 1472. Anno 1472. Zelene Dux Regis Pannoniæ hostis Mellicensium per cuneos cum militibus forensibus pridie ante festum exaltationis S. Crucis appropinquat. &c. Chron. Mellic. M. S. de hoc anno.

Num 6. Anno 1474. Ich Hanns Hoffmüllner von Weytra Pfarrer zu Grillenberg bekhenn ofenlich ꝛc. *Parochus iste legavit de substantia sua aliquid pro suo victu perpetuo Monasterio Mellicensi.* Mit Vrkhundt des Brieffs besigelt mit des Edlen Vessten Hannsen Oberholzer, die zeit Haubtman zu Mölckh anhangenden Insigl ꝛc. Der sach ist gezeüg der Edl Pilgreim Rud ꝛc. Nach Christi geburth 1474. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 293. fol. 869.

Anno 1474. Venerabilibus ac Religiosis in Christo Patribus ac Fratribus Domino Ludewico Abbati, Conventui Monasterii Mellicensis Ordinis S. Benedicti diæcesis Pataviensis. Nos Fratres Hainricus Abbas, Johannes Prior, totusque Conventus Monasterii sanctorum Vdalrici & Afræ in Augusta ordinis S. Benedicti diæcesis Augustensis, cum sincero charitatis affectu salutem in Domino perenniter adipisci. Quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur, & Christo suo capiti ad percipiendam per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur, tanto liberius atque libentius sinum charitatis in amplianda confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus huiusmodi ferventius anhelamus, unde vestrarum charitatum precibus & religiositate moti matura deliberatione præhabita, plenæ confraternitatis bonorum scilicet omnium consortium & communionem in missis, orationibus, elemosinis, abstinentiis & vigiliis, ac aliis virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos & successores nostros in prædicto Monasterio sanctorum Vdalrici & Afræ Augusten. dignabitur operari, vobis ac successoribus vestris tenore præsentium libere concedimus. Adicientes, quod, cum obitus unius fratris vel plurium prædicti Monasterii vestri Professi vel Professorum nobis nuntiatus fuerit, vigilias & missam defunctorum iuxta consuetudinem nostri Monasterii persolvemus, sed & singuli Sacerdotes, missas legentes singulas missas, clerici vero missas non legentes officium defunctorum totum, vesperas & vigilias novem lectionum cum laudibus, Conversi centum Pater noster & totidem Ave Maria

in

in remedium animarum eorundem dicent. In quorum omnium testimonium & robur hanc paginam sigillis nostris munitam vobis tradere decrevimus. Datum in Monasterio nostro præfato Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo Septuagesimo quarto, ipsa die Nativitate gloriosæ Virginis Mariæ. Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 6.

Ich Jorig von Seysenegg bekhenn für mich rc. *Ceditur Monasterio Mellicensi ius piscandi in fluvio Piellach.* Der sachen sint gezeüg die Edlen, vnd die Vesste Ritter: Herr Hanns von Rukhendorff, vnd Pangrez Tyeminger mein lieber Vetter rc. Geben nach Christi geburt 1474. Jahr. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 264. fol. 770. Num. 7. Anno 1474.

Venerabilibus in Christo ac Religiosis Patribus & Fratribus Ludwico Abbati, Johanni Priori totique Conventui Monasterii sanctorum Petri & Pauli Apostolorum in Mellico ordinis S. Benedicti Pataviensis diæcesis. Nos Fratres Paulus Abbas, Georgius Prior totusque Conventus Monasterii in Elhingen ordinis eiusdem, Augustensis diæcesis cum sincero fraternæ charitatis affectu salutem in Domino perhenniter adipisci. Quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem cohærent, & Christo suo capiti ad percipiendam per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur, tanto liberius atque libentius sinum charitatis in ampliandæ confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus huiusmodi ferventius anhelamus. Vnde vestrarum Paternitatum religiositate moti matura deliberatione præhabita plenæ Confraternitatis bonorum scilicet omnium consortium & communionem in missis, orationibus, abstinentiis, elemosinis, vigiliis ac aliis quibusvis virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos & successores nostros in dicto Monasterio sanctæ Mariæ dignabitur operari, vobis ac successoribus vestris tenore præsentium libere concedimus. Adicientes quod, cum obitus fratris unius vel plurium prædicti Monasterii vestri Professi vel Professorum nobis intimatus fuerit, vigilias & missam defunctorum iuxta consuetudinem nostri Monasterii persolvemus, sed & singuli Sacerdotes missas legentes singulas missas vel ad quasmagis inclinantur cum collectis pro defunctis, missisque pro ipsorum salute deputatis, clerici vero missas non legentes officium defunctorum totum, vesperas scilicet & vigilias novem lectionum cum laudibus, Conversi quoque quinquaginta Pater noster & totidem Ave Maria in remedium animarum eorundem dicent. In quorum omnium testimonium & robur hanc paginam sigillis nostris munitam vobis tradere decrevimus. Datum in Monasterio nostro præfato. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo septuagesimo quarto, decimo septimo Kal. Octobris. Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 5. Anno 1474.

Ich Fridrich Zeüger zu Lebstorff bekenn für mich, vnd all mein Erben, vnd Tun kunt offenleich mit dem Brief, das ich von dem Hochwürdigen, vnd Geistlichen Herrn, Herrn Ludwigen Abbt zu Mölckh in eines rechten bestandweis, der Weingärten, die hernach geschriben sten, bestanden habe, nach dato des Briefs neün Jar nächst koment, nacheinander aines yeden Jars vmb 5. Pfund vnd 30. pfening gueter Landtswehrung in Oesterreich, das bringt in Summa die neün Jahr 46. Pfunt vnd dreissig pfening. Sullen vnd wellen ich, vnd mein Num. 8. Anno 1475.

Erben dem obgenanten meinen Herrn von Melkh, vnd ſeinen Nachkomen vnd Gotzhaus nu füran Jährlich die 5. Pfunt vnd 30. pfenning gueter Landswehrung in Oeſſterreich zu ſan Merten Tag yedes Jars vnuerzüglich ohn ſchaden ainem yedem zehentner, oder Hoffmaiſter zu Baaden, der di zeit gwalt hat, ausrichten ꝛc. Des iſt gezeüg durch mein Vleiſſigen bet willen der Edl vnd Veſſt Wolffgang von Emmerſtorff auch mit ſeinem aufgedruckten Pettſchafft, doch im vnd ſein Erben ohn ſchaden. Geben zu Melkh am Montag nach ſand Niklas Tag. Nach Chriſti geburt 14. hundert Jar vnd in dem 75. Jare. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 87. fol. 200.

Anno 1475. Sixtus Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis officii debitum, quo ſumus univerſis Orbis Eccleſiis obligati, mentem noſtram aſſiduis perurget inſtantiis, ut ad ea libenter intendamus, per quæ Eccleſias earundem præcipue cathedralium, ac in eis famulantium, & Eccleſiaſticis dignitatibus prædictarum perſonarum neceſſitatibus optime valeat provideri, & Chriſti fidelium quorumcunque, præſertim Principum Katholicorum nata ad id tendentia, favore benevolo proſequamur. Sane pro parte chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti Nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod licet alias Eccleſia S. Stephani, alias Omnium ſanctorum, tunc Oppidi Wiennenſis in cathedralem Eccleſiam cum Præpoſito, Decano & cæteris aliis dignitatibus, officiis, Canonicatibus, & præbendis, ac privilegiis, & præeminentiis ad ipſius ſupplicationem auctoritate Apoſtolica erecta fuerit. Nihilominus Præpoſitus & Decanus dictæ Eccleſiæ de fructibus, redditibus & proventibus Eccleſiaſticis, unde ſtatus ſui decentiam congrue recipere, & ſe commode ſuſtentare, oneraque eis ratione Præpoſituræ & Decanatus dictæ Eccleſiæ pro tempore incumbentia ſupportare valeant, nondum ſufficienter proviſi, & dotati exiſtunt; & ſi beatæ Mariæ Virginis in Perchtoldſtorff, quæ de iure Patronatus præfati Imperatoris, ratione Ducatus Auſtriæ exiſtit Præpoſituræ, & S. Martini in Medling, quæ ad collationem & proviſionem Abbatis & Conventus Monaſterii S. Mariæ Virginis in Mellico Ordinis S. Benedicti parochialis Eccleſiæ Pataviensis, & civitati Wiennenſi contiguæ & vicinæ exiſtunt, Decanatui prædicto, cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis perpetuo unirentur, annecterentur, & incorporarentur. Procul dubio præpoſitus & Decanus dictæ Eccleſiæ ex creſcentibus eorum redditibus, ſtatum ſuum decentius tenere, & ſe ſuſtentare, oneraque prædicta commodius ſupportare valerent, decorique & venuſtati dictæ Eccleſiæ Wiennenſis cum divini cultus augmento oportunius conſuleretur. Quare pro parte dicti Imperatoris nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Beatæ Mariæ in Berchtoldsſtorf Præpoſituræ, ac S. Martini parochiales Eccleſias prædictas cum omnibus, & ſingulis earum annexis & Capellis Decanatui præfato perpetuo unire, annectere, & incorporare, aliasque in præmiſſis oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter cætera voluimus, ut petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri tenerentur, exprimere verum valorem ſecundum communem æſtimationem tam beneficii uniendi, quam illius, cui unio fieri peteretur, alioquin unio ipſa non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatas, quarum intereſt, B. Mariæ in Berchtoldſtorf, & S. Martini parochialium Eccleſiarum, ac Præpoſi

turæ

turæ & Decanatus prædictorum fructuum, reddituum & proventuum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentibus huiusmodi ſupplicationibus inclinati B. Mariæ in Berchtoldſtorf Præpoſituræ, & S. Martini parochiales Eccleſias prædictas cum earum annexis, ac Capellis, ac omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis Decanatui prædicto auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus: ita quod cedentibus, vel decedentibus modernis ipſarum parochialium Eccleſiarum Rectoribus, ſeu alias Eccleſias ipſas quomodolibet dimittentibus, liceat ex nunc Præpoſito corporali B. Mariæ in Berchtodſtorf, & Decano dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentibus per ſe vel per alium ſeu alios, S. Martini parochialium Eccleſiarum, & annexorum iuriumque quoque & pertinentiarum prædictorum poſſesſionem auctoritate propria apprehendere, & perpetuo retinere: Nec non illos per præsbiteros ſeu Vicarios idoneos ad Præpoſiti & Decani prædictorum mutum ponendos, & amovendos regere, ac earundem animarum curam exercere facere, ipſarumque parochialium Eccleſiarum fructus, redditus & proventus in ſuos, ac Præpoſituræ & Decanatus prædictorum uſus, utilitatemque convertere, Dioceſani loci, & cuiuslibet alterius licentia ſuper hoc minime requiſita. Et nihilominus parochiales Eccleſias prædictas cum earum annexis Capellis, limitibus, diſtrictibus, iuribusque & pertinentiis ſuis à Dioceſi Patavienſi ſeparamus, ſegregamus, & diſmembramus, ac iurisdictione, & ſubiectione Dioceſani Patavienſis penitus & omnino eximimus & liberamus, easque cum omnibus earum iuribus & pertinentiis ſuis ſupradictis Dioceſi Wiennenſi annectimus, & applicamus: Nec non Epiſcopo Wiennenſi illiusque iurisdictioni ordinariæ iure ſubjicimus, & ſubmittimus, & ſubiectas eſſe volumus, non obſtante noſtra priore voluntate prædicta, & quibusvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ Wiennenſi iuramento, Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non privilegiis & indultis Apoſtolicis, Dioceſano ſeu Dioceſi & Eccleſiæ Patavienſi conceſſis, illis præſertim, quibus caveri dicitur, quod Eccleſiæ ac beneficia Dioceſis Pataviensis alicui alteri Dioceſano ſubiici, ſeu Prælaturæ, dignitati, vel Collegio uniri, annecti & incorporari non poſſint. Quibus omnibus etiamſi de illis eorumque totis tenoribus præſentibus, ſpecialis, ſpecifica & expreſſa mentio foret habenda: ipſis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis, de huiusmodi, vel de aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolicæ ſedis vel Legatorum eius litteras impetravit, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & detentionem, vel alias quomolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras, ac proceſſus habitos, per easdem, & inde ſecuta quæcunque quo ad parochiales Eccleſias prædictas volumus non extendi, ſed nullum per hos eis, quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis & litteris Apoſtolicis generalibus & ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri non valeat quomodolibet, vel differri. Et de quibus, quorum quoque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis; proviſo quoque propter unionem,

nem, annexionem, & incorporationem huiusmodi parochialis Ecclesiæ prædictæ debitis non fraudentur obsequiis, & animarum cura nullatenus in eis negligatur, & insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ unionis, annexionis, incorporationis, separationis, segregationis, submissionis, derogationis, dismembrationis, exemptionis, liberationis, applicationis, subiectionis, voluntatis & decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Domini 1475. tertio idus Junii. Pontificatus nostri anno quarto. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 107. fol. 269.

Num. 9. Anno 1477. Ich Lorenz Nacht Vogl zu Markherstorff bekhenn für mich ꝛc. *Venditur Abbati Mellicensi ius vadi in Emerstorf.* Des ist gezeüg der Edl Vesst Wolffgang Hager zu Sitzental ꝛc. Geben zu Mölckh an St. Margerethen abent. Nach Christi geburt 1477. Jare. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 127. fol. 340.

Anno 1478. Venerabilibus ac Religiosis in Christo Patribus & Dominis, Ludovico Abbati, Symoni Priori, totique Conventui Monasterii sanctorum Petri & Pauli in Mellico sine medio sedi Apostolicæ subiecti ordinis sancti Benedicti pataviensis diæcesis. Nos Caspar Præpositus, Thomas Decanus totusque Conventus Monasterii domus S. Floriani Ordinis S. Augustini Canonicorum regularium dictæ Pataviensis diæcesis. Cum sinceræ charitatis affectu salutem in Domino perhenniter adipisci. Quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur, & Christo suo capiti ad percipiendam per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur, tanto liberius ac libentius sinum charitatis in ampliandæ confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus huiusmodi ferventius anhelamus. Vnde vestrarum charitatum precibus & religiositate moti matura deliberatione præhabita plenæ Confraternitatis bonorum scilicet omnium consortium & communionem in missis, in orationibus, elemosinis, abstinentiis & vigiliis ac aliis virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos & successores nostros in dicto Monasterio domus S. Floriani dignabitur operari, vobis ac successoribus vestris tenore præsentium libere concedimns. Adicientes, quod quando obitus fratris unius vel plurium prædicti Monasterii vestri Professi vel Professorum nobis intimatus fuerit, vigilias & missam defunctorum iuxta consuetudinem nostri Monasterii persolvemus. Sed & singuli sacerdotes missas legentes singulas missas, clerici vero missas non legentes officium defunctorum totum, vesperas scilicet vigilias novem lectionum cum laudibus, Conversi quoque centum Pater noster cum totidem Ave Maria in remedium animarum eorundem dicent. In quorum ominum testimonium & robur hanc paginam sigillis nostris munitam vobis præfatis Patribus ac Dominis nostris tradere decrevimus. Datum in Monasterio nostro præfato. Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo. die quarto mensis Decembris. Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 6.

Wir Ludwig von Gottes gnaden Abbt zu Mölckh, vnd wir der Convent gemain daselbs bekhennen ꝛc. *Abbas Mellicensis vendit Molendinum Plank.* Zu kauffen geben haben dem Edlen Herrn Herrn Jörgen von Ekartzau ꝛc. Geben ze Melkh an Montag vor Lætare zu mitfasten. Nach Christi geburt 1479. Jar. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 99. folio 244. Num. 10. Anno 1479.

Nos Fratres Antonius Prior humilis, maioris domus Cartusiæ, & cæteri diffinitores capituli generalis. Venerabili in Christo Patri Domino Ludovico Abbati Monasterii Mellicensis Ordinis Sancti Benedicti, cunctisque filiis ac fratribus eiusdem sancti loci salutem plurimam volunt. Meretur vestra religiosa vita ac præcipua devotio, quam ad ordinem nostrum & singulariter geritis ad Patres & filios nostros in Austria, ut charitatis vos amplectamur affectibus. Quapropter vestram Paternitatem & quemlibet filiorum vestrorum suscipimus in nostram fraternitatem participes vos faciendo omnium bonorum, quæ per nos & omnes Carthusienses fiunt, aut fient imposterum in vita vestra participes & in morte & cum obitus vestri, quos Deus feliciter disponat, aut alicuius vestrum nostro capitulo generali denuntiatus fuerit, faciemus pro vobis, ut pro singularibus amicis & Confratribus nostris consuevimus. In horum omnium fidem testimonium has schedulas fieri fecimus sigillo domus Carthusiæ roborare. Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo Septuagesimo nono. die decima tertia mensis Maii sedente Capitulo nostro generali in loco superius nominato. Archiv. Mell. Scrin. 98. fasc. 6. Anno 1479.

Venerabilibus ac Religiosis in Christo Patribus & Fratribus Domino Ludovico Abbati, Priori totique Conventui Monasterii Mellicensis Ordinis sancti Benedicti Pataviensis diæcesis. Nos Fratres Fridericus Abbas, Georgius Prior totusque Conventus sancti Mauritii Althæ inferioris ordinis & diæcesis eorundem cum sinceræ charitatis affectu salutem in Domino perhenniter adipisci. Quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur, & Christo suo capiti ad percipiendam per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur, tanto liberius atque libentius sinum charitatis in ampliandæ confraternitatis consortium dilatamus, quanto ad participationem fructus huiusmodi anhelamus. Vnde Vestrarum charitatum laudabili conversatione ac religiositate moti matura deliberatione præhabita plenæ confraternitatis bonorum scilicet omnium consortium & communionem in missis, orationibus, elemosinis, abstinentiis & vigiliis ac aliis virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos & successores nostros in dicto Monasterio nostro dignabitur operari vobis & successoribus vestris tenore præsentium libere concedimus. Adicientes nihilominus quod, cum obitus Fratris unius aut plurium prædicti Monasterii vestri Professi vel Professorum nobis intimatus fuerit, vigilias & missam defunctorum iuxta consuetudinem Monasterii nostri persolvemus. Sed & singuli Sacerdotes missas legentes singulas Missas, Clerici vero missas non legentes officium defunctorum totum, vesperas scilicet & vigilias novem lectionum cum laudibus, Conversi quoque centum Pater noster cum totidem Ave Maria in remedium animarum eorundem dicent. In quorum omnium testimonium & robur hanc paginam sigillis uostris munitam vobis tradere decrevimus. Anno 1479.

Datum

Datum in præfato nostro Monasterio Althæ inferioris. Vndecima die mensis Martii Anno ab Incarnatione Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo nono. Archiv. Mell. Scrin. 98. fas. 6.

Num. 11. Anno 1479. Ich Jorig Lemperger zu Kallenberg bekhenn ꝛc. *Huic elocavit Abbas Mellicensis vineam in Kalenberg Gaussab dictam.* Besigelt mit des Edlen Vessten Leupolden Eybenstainer zu Nussdorff anhangendten Insigl ꝛc. Geben ze Wienn nach Christi geburt 1479. Jare. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 100. fol. 246.

Num. 12. Anno 1480. Ich Katrey Wolffgangen auf dem Wasser zu Mäzlstorff eheliche Hausfrau, vnd Jörgens Pörzners Margreten seiner Hausfrauen ꝛc. *Venditur Monasterio Mellicensi sylva in Pöferding.* Bekhennen ꝛc. Besigelt mit der Edlen Vessten Pangrezen Tienninger zu Sichtenberg, vnd Wolffgangen Erendorffers zu Ehrendorff baider anhangenden Insigl. Der Brieff ist geben als man zahlt von Christi geburt 1480. Jare. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 286. folio 844.

Anno 1480. Sanctissimo in Christo Patri & Domino nostro Domino Sixto divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici. Humiles vestræ sanctitatis Filii Fratres Symon de Gmunden Prior totusque Conventus Monasterii Mellicensis nullo medio ad Romanam Ecclesiam pertinentis ordinis Sancti Benedicti Pataviensis diæcesis, ad quos infra scripta dignoscitur pertinere Electio cum omni humilitate devotissima pedum oscula beatorum, ac Filiali subiectione Beatissime Pater ac Clementissime Domine. Quia anno Domini 1480. die vero Veneris 15. mensis Septembris de mane hora secunda vel quasi Venerabili Patre Ludovico de Krembs eiusdem Monasterii Mellicensis ultimo immediato Abbate defuncto & eius corpore Ecclesiasticæ sepulturæ, prout decuit, honorifice tradito Abbatia vacante. Nos Symon Prior totusque Conventus Monasterii prædicti; ne propter diuturnam vacationem Monasterium ipsum Pastoris solatio destitutum graviora in spiritualibus & temporalibus dispendia, & plurima pateretur pericula, ut formidandum erat, respicientes ad sonum nolæ, ut moris est, nobis omnibus & singulis capitulariter congregatis de electione futuri Abbatis canonice celebranda tractantes diem Saturni 16. mensis prædicti ex tunc immediate sequentem pro electione huiusmodi statuimus & assignavimus, quo termino adveniente de mane hora septima vocatis omnibus & singulis, qui electioni huiusmodi debuerunt, voluerunt, consueverunt, & potuerunt commode interesse, missaque de S. Spiritu solemniter in Altari summo per Reverendum in Christo Patrem Dominum Laurentium Abbatem Monasterii in Gottwico ordinis eiusdem dictæ Pataviensis diæcesis decantata Sacerdotibus missas legentibus, aliis autem non legentibus seu non celebrantibus confessis & pretioso Euccaristiæ sacramento communicatis, qua missa de Spiritu sancto finita, ac eius gratia invocata ad locum nostrum Capitularem consuetum nos recepimus de electione futuri Abbatis & Prælati tractaturi coram notario subscripto, quem ad ea, quæ circa electionis actum occurrerint, diligenter notanda & scribenda deputavimus, & super omnibus & singulis actis unum vel plura instrumenta conficeret, requisivimus, ac præmissa electione capitulari regulæ nostræ de ordinando Abbate, & collatione egregia secundum consuetudinem Monasterii nostri prædicti per Venerabilem

bilem Patrem Dominum Sigismundum Priorem Domus Troni Beatæ Mariæ Virginis in Gemnico ord. Carthusiensis dictæ Pataviensis diæcesis facta, placuit nobis omnibus & singulis supradictis per viam seu formam iuxta c. cum expediat de elect. lib. 6. traditam, tanquam faciliorem & utiliorem procedere: Præmissa itaque admonitione per me F. Symonem prædictum de mandato per totum Conventum mihi facto, videlicet: quod omnes & singuli excommunicati, suspensi, vel etiam interdicti, ac illi, qui Euecaristiæ Sacramento non sint procurati, nec non quicunque alii, si qui forsan inter nos essent, qui de iure aut consuetudine, negotio electionis huiusmodi interesse non deberent ab actu eius electionis discederent protestantes etiam, quod non erat mea nec aliorum intentio tales admittere, aut eligere cum eisdem, quodque voces talium, si qui reperirentur, interfuisse non præstarent suffragium aut impedimentum, sed prorsus pro non receptis haberentur. Nos omnes & singuli Fratres unanimiter & concorditer nullo penitus dissentiente Reverendos ac Venerabiles in Christo Patres Dominos Laurentium Abbatem Gottwicensem præfatum, Andream Præpositum Monasterii in Tiernstain Ord. S. Augustini Can. Reg. per Præpositum soliti gubernari, Sigismundum Priorem in Gemnico & Wolfgangum Priorem in Achspach Ord. Carthus. Patav. diæcesis ibidem præsentibus, quorum quilibet etiam missam celebravit ad eligendum futurum Abbatem dicti Monasterii nostri Mellicensis nominavimus & eligimus, ac in eosdem plene compromisimus dantes & concedentes eisdem compromissariis plenam & omnimodam potestatem eligendi Abbatem Monasterii nostri Mellicensis, ita videlicet, & non aliter, ut omnium & singulorum nostrum vota secrete scrutari, & recipere deberent, quibus scrutatis & receptis unum de gremio nostro, in quem maior & sanior pars Fratrum eligentium medio iuramento sua vota dirigerent, eligere possent, & deberent, ac eundem nostro Monasterio prædicto in Abbatem & Pastorem pronuntiare & publicare, aliaque circa hæc necessaria facere & explere. Et postquam Domini Abbas, Præpositus & Priores prædicti ad omnium nostrum instantiam humilesque preces & maxime in favorem Religionis & regularis observantiæ in se huiusmodi onus susceperunt, nos omnes & singuli Fratres supradicti in manibus supradicti Patris Simonis Prioris, ut & tanquam conventui præsidentis, & ipse Frater Simon in manibus Fratris Martini de Senging eum immediate sequentis & tactis sacris iuravimus, ac quilibet nostrum iuravit sub hac forma: Ego Frater N. in manibus vestris Venerabilis Pater iuro & promitto omnipotenti Deo & sanctis Apostolis Petro & Paulo sub quorum vocabulo dedicata est Ecclesia præsentis Monasterii eum eligere, quem credam futurum eidem Monasterio in spiritualibus & temporalibus utiliorem, nec illi vocem dare, quem scivero verisimiliter promissione aut datione alicuius rei temporalis seu prece per se vel alium interposita, aut alias qualitercunque directe vel indirecte pro se electionem procurare. Sic me Deus adiuvet & hæc sancta Dei Evangelia. Post hæc præfati Reverendi ac Venerabiles Patres Domini Compromissarii, etiam manibus dicti Patris Simonis Prioris iuraverunt & promiserunt se acturos, ac quilibet eorum iuravit & promisit se acturum in eligendo huiusmodi Monasterii nostri Prælato iuxta vigorem compromissi supradicti. His omnibus ita peractis iam dicti Domini Compromissarii mox & incontinenti ad sacristiam interiorem intrantes, nos omnes & singulos supradictos singulariter ad

se per notarium publicum infra scriptum vocaverunt, & cuiuslibet nostrum votum diligenter secrete & sigillatim perscrutati receperunt & conscripserunt. Votis itaque à nobis omnibus & singulis receptis & conscriptis repererunt nonnullos ex nobis nominatos, nullum tamen maiorem partem votorum eligentium habere. Quapropter ipsis ad locum nostrum Capitularem redeuntibus, nobis omnibus ibidem capitulariter congregatis & supradicta publicantibus, nos omnes & singuli talium prætextu de novo compromisimus in præfatos Reverendos & Venerabiles Patres, Abbatem, Præpositum & Priores, nec non in Religiosos Fratres Simonem de Gmunden nostri Monasterii Priorem & in Fratrem Simonem de Campidona, ita ut ipsi una cum præfatis Patribus unum ex nominatis, qui eis videretur utilior, eligerent, & pro electo pronuntiarent. Sacristia itaque rursus per ipsos ingressa, diligenti collatione inter eos, ut referebant, præhabita ad prædictum nostrum Capitulum nobis ibidem existentibus redierunt, & publice proposuerunt se in unum ex nominatis iuxta formam supra descripti compromissi concorditer convenisse. Ad nostram igitur instantiam dictus Reverendus Pater Dominus Laurentius Abbas Gottwicensis Venerabilem virum Fratrem Augustinum de Obern Nelib Monachum sæpe dicti Monasterii nostri expresse professum, virum utique Religiosum in legitima ætate atque Sacerdotio constitutum, de legitimo matrimonio procreatum, in spiritualibus & temporalibus circumspectum, de vita & morum honestate multipliciter commendatum, in eiusdem Monasterii nostri Mellicensis Prælatum, Abbatem & Pastorem elegit, & electum pronunciavit in hunc modum: Ego Frater Laurentius Abbas Monasterii Gottwicensis Ord. S. Bened. Patav. diæcesis in præsentis electionis negotio Compromissarius mea & Collegarum meorum vice ac iussu eorundem totiusque huius conventus Monasterii Mellicensis nomine eligo, & electum pronuntio Fratrem Augustinum de Obern Nelib Presbyterum Monachum expresse Professum Ordinis & Monasterii Mellicensis prædictorum in eiusdem Monasterii Abbatem & Pastorem, ipsumque talem publico in his scriptis in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti Amen: Et nos Fratres sæpe dicti omnes & singuli huiusmodi electionem statim accepimus, laudavimus, approbavimus, acceptamque, ratam & gratam habemus, in futurum quoque habebimus petendo diligenti instantia, quatenus in huiusmodi electionem de se factam rite consentire vellet, qui quamvis ex humilitate se insufficientem & indignum assereret, & se multipliciter excusaret, nobis tamen instare non cessantibus ipse tandem bonis persuasionibus inductus, ne divinæ voluntati videretur resistere electioni de se factæ Omnipotenti Deo se commendans timide ac humiliter, & devote consensit. Proinde nos statim ipsum electum nostrum (Te Deum laudamus solemniter decantantes) ad Chorum Ecclesiæ, post hoc ad maius Altare, postquam ante illud de more aliquamdiu iacuisset prostratus, duximus deinde in loco Abbatiali sibi stallum assignando, post hac ipso ad Altare S. Crucis, quod est in medio Ecclesiæ, deducto, & eo publice ibidem stante multitudini populi declaratum & publicatum est, quomodo & qualiter dicta electio facta foret. Quapropter sanctissimæ vestræ Paternitati humili & devota supplicamus instantia, quatenus electionem eandem, si rite, legitime, & canonice celebratam dignemini gratiosius confirmare, ut ipse electus noster Deo auctore nobis & Monasterio nostro, & omnibus eidem subiectis, veluti Pastor idoneus præesse valeat, pariter & prodesse. Vt autem eviden-

evidentius constet, voluntates omnium nostrum in prædictis convenisse, & in petitione huiusmodi unanimes existere atque concordes, præsens electionis nostræ decretum propriis nostris manibus subscriptis eidem sanctitati vestræ destinavimus: quod etiam per notarium publicum infra scriptum in publicam formam redigi, ac sigilli Conventus nostri appensione fecimus communiri. Inceptum est hoc electionis negotium ipsa die Saturni 16. mensis Septembris, ut præfertur, hora septima de mane vel quasi, & eadem die hora undecima finita. Acta sunt hæc anno, diebus, horis, locis, mense, quibus supra: Præsentibus ibidem Venerabilibus & egregiis viris Magistro Wenceslao Mandl decretorum Plebano in Külb, Magistro Georgio Taler de Arnstorff artium & medicinæ Doctoribus, Magistro Antonio Grueber de Gräz plebanoin Muerano, & Domino Petro Haushaymer Presbytero de Obern Welming Clericis Pataviensis, Frisingensis, Salzburgensis diæcesis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. In Archiv. Mell. Scrin. 2. fasc. I.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei dilecto Filio Augustino de Obernnalip Abbati Monasterii Sanctorum Petri & Pauli Mellicensis Romanæ Ecclesiæ immediate subiecti Ordinis S. Benedicti Pataviensis diæcesis salutem & Apostolicam benedictionem. Suscepti cura regiminis cor nostrum continua urget instantia, ut solicitudinis debitum, ad quod universis orbis Ecclesiis & Monasteriis Apostolicæ servitutis necessitas nos obligat, eorum singulis, prout nobis ex alto conceditur, exsolvamus, in eo potissime, quod eorum regimina talibus personis committantur, per quarum solertiam, & solicitudinem circumspectam Ecclesiæ & Monasteria ipsa in spiritualibus & temporalibus suscipiant incrementum. Sane dudum Monasterio sanctorum Petri & Pauli Mellicensi Romanæ Ecclesiæ immediate subiecto ordinis sancti Benedicti Pataviensis diæcesis, cui quondam Ludovicus de Crems ipsius Monasterii Abbas, dum viveret, præsidebat, per obitum dicti Ludovici, qui extra Romanam curiam debitum naturæ persolvit Abbatis regimine destituto dilecti Filii Conventus eiusdem Monasterii pro celebranda electione futuri ipsius Monasterii Abbatis vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt & debuerunt huiusmodi electioni commode interesse, die ad eligendum præfixa, ut est moris, convenientes in unum Te Monachum eiusdem Monasterii ordinem ipsum expresse professum, in sacerdotali ordine constitutum in eorum & dicti Monasterii Abbatem concorditer elegerunt, Tuque electioni huiusmodi illius tibi præsentato decreto consensisti, & tandem electionis huiusmodi negotium proponi fecisti in consistorio coram nobis petens illam per nos auctoritate Apostolica confirmari in his omnibus statutis à iure temporibus observatis. Nos igitur, qui electionem ipsam & idoneitatem, nec non merita Personæ tuæ per Venerabilem Fratrem nostrum Marcum Episcopum Penestrensem examinari fecimus diligenter. Quia facta nobis per eum super hoc relatione fideli electionem ipsam de Persona tua, cui apud nos de Religionis Zelo, litterarum scientia, vitæ munditia, honestate morum, spiritualium providentia & temporalium circumspectione aliisque virtutum donis fide digna testimonia perhibentur, reperimus canonice celebratam illam de Venerabilium Fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica confirmamus, Teque eidem Monasterio præficimus in Abbatem, Anno 1480.

batem, curam, regimen & administrationem ipsius Monasterii tibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, firma spe, fiduciaque conceptis, quod dirigente Domino actus tuos præfatum Monasterium per tuæ circumspectionis industriam & studium fructuosum regetur utiliter, & prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus & temporalibus suscipiet incrementa. Quo discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi à Domino onus regiminis dicti Monasterii devote suscipiens, sic te in eius cura salubriter exercenda diligentem exhibeas & etiam studiosum, quod idem Monasterium per tuæ diligentiæ laudabile studium gubernatori provido & fructuoso administratori gaudeat se commissum, Tuque præter æternæ retributionis præmium nostram ac dictæ sedis benedictionem & gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno Incarnationis dominicæ Millesimo, quadringentesimo Octuagesimo. Pridie nonas Decembris. Pontificatus nostri anno decimo. In Archiv. Mell. Scrin. 2. fasc. I.

Anno 1480. Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Conventui Monasterii Sanctorum Petri & Pauli Mellicensis Romanæ Ecclesiæ immediate subiecti ordinis sancti Benedicti Pataviensis diæcesis salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie electionem de persona dilecti Filii Augustini Abbatis Monasterii vestri in Abbatem, Monasterii tunc per obitum quondam Ludovici olim ipsius Monasterii Abbatis extra Romanam curiam defuncti vacantis per vos factam confirmavimus, ipsumque illi præfecimus in Abbatem, curam, regimen & administrationem dicti Monasterii sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum Augustinum Abbatem pro nostra & Apostolicæ Sedis reverentia benigne recipientes & honorifice pertractantes exhibeatis eidem obedientiam & reverentiam debitas & devotas, eiusque salubria monita & mandata suscipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam, quam idem Augustinus Abbas rite tulerit, in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romæ apud S. Petrum. Anno incarnationis dominicæ Millesimo, Quadringentesimo Octuagesimo. Pridie non. Decembris. Pontificatus nostri anno decimo. Archiv. Mell. Scrin. 2. fasc. I.

Anno 1480. Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis vniversis Vasallis Monasterii sanctorum Petri & Pauli Mellicensis Romanæ Ecclesiæ immediate subiecti ordinis sancti Benedicti Pataviensis diæcesis salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie electionem de Persona dilecti Filii Augustini Abbatis Monasterii sanctorum Petri & Pauli Mellicensis Romanæ Ecclesiæ immediate subiecti ordinis S. Benedicti pataviensis diæcesis in Abbatem eiusdem Monasterii tunc per obitum quondam Ludovici olim ipsius Monasterii Abbatis extra Romanam curiam defuncti, per dilectos filios dicti Monasterii conventum factam confirmavimus, ipsumque illi præfecimus in Abbatem, curam, regimen & administrationem ipsius Monasterii sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca universitati vestræ per Apostolica

stolica scripta mandamus, quatenus eundem Augustinum Abbatem pro nostra & Apostolicæ Sedis reverentia benigne recipientes, & debita honorificentia prosequentes, ei Fidelitatem solitam, nec non consueta servitia & iura per vos sibi debita exhibere integre studeatis, alioquin sententiam sive pœnam, quam idem Augustinus Abbas rite tulerit vel statuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romæ apud S. Petrum. Anno Incarnationis dominicæ Millesimo, Quadringentesimo octuagesimo. Pridie non Decembr. Pontificatus nostri anno decimo. In Arch. Mell. Scr. 2. fasc. I.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Charissimo in Christo Filio nostro Friderico Romanorum Imperatori semper Augusto salutem & Apostolicam benedictionem. Gratiæ divinæ præmium & humanæ laudis præconium requiritur, si per sæculares Principes Ecclesiarum & Monasteriorum prælatiæ oportuni favoris præsidium & honor debitus impendatur. Hodie siquidem electionem de persona dilecti Filii Augustini Abbatis Monasterii sanctorum Petri & Pauli Mellicensis Romanæ Ecclesiæ immediate subiecti ordinis sancti Benedicti Pataviensis diæcesis in Abbatem eiusdem Monasterii tunc per obitum quondam Ludovici olim ipsius Monasterii Abbatis, per dilectos filios eiusdem Monasterii Conventum factam confirmavimus, ipsumque illi præfecimus in Abbatem, curam, regimen & administrationem ipsius Monasterii sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque Fili charissime sit virtutis opus, Dei ministros benigno favore prosequi, ac eos verbis & operibus pro Regis æterni gloria venerari. Serenitatem tuam rogamus & hortamur attente, quatenus eundem Augustinum Abbatem & Monasterium prædictum suæ curæ commissum habens pro nostra & Apostolicæ sedis reverentia propensius commendatos, sic eos tui favoris gratia prosequaris, quod idem Abbas tuæ celsitudinis fultus præsidio in commisso sibi regimine dicti Monasterii possit Deo propitio prosperari, ac tibi exinde à Deo perennis vitæ prœmium, & à nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo Octuagesimo. Pridie Non. Decembris. Pontificatus nostri anno decimo. Archiv. Mell. Scr. 2. fasc. I. Anno 1480.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Augustino de Obernnalip Abbati Monasterii Sanctorum Petri & Pauli Mellicensis ordinis S. Benedicti Pataviensis diæcesis Romanæ Ecclesiæ immediate subiecti salutem & Apostolicam benedictionem. Cum nuper electionem de persona tua in Abbatem Monasterii SS. Petri & Pauli Mellicensis Ord. S. Bened. Pataviensis diæcesis Romanæ Ecclesiæ immediate subiecti, tunc per obitum quondam Ludovici de Krems olim eiusdem Monasterii Abbatis, vacantis per dilectos filios ipsius Monasterii Conventum factam confirmaverimus, Teque illi præfecerimus in Abbatem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos ad ea, quæ ad tuæ commoditatis augmentum cedere valeant, favorabiliter intendentes tuis supplicationibus inclinati tibi, ut à quocunque malueris Catholico Antistite gratiam & communionem Apostolicæ sedis habente munus benedictionis recipere valeas, ac huiusmodi antistiti, ut munus prædictum auctoritate nostra impendere libere tibi possit,

 plenam

plenam & liberam concedimus tenore præsentium facultatem, volumus autem, quod idem Antistes, qui tibi munus præfatum impendet, postquam illud tibi impenderit, à Te, nostro & Romanæ Ecclesiæ nomine fidelitatis debitæ solitum recipiat iuramentum iuxta formam, quam sub bulla nostra mittimus introclusam, ac formam iuramenti, quod te præstare contigerit, nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium nuntium quantocius destinare procuret. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo Octuagesimo. Octavo idus Decemb. Pontificatus nostri anno decimo. Citato loco.

Anno 1480. Ego Augustinus de Obernnalip Abbas Monasterii Sanctorum Petri & Pauli Mellicensis Ordinis S. Benedicti Pataviensis diæcesis Romanæ Ecclesiæ immediate subiecti ab hac hora inantea fidelis & obediens ero beato Petro sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ ac Domino nostro Domino Sixto papæ quarto suisque successoribus canonice intrantibus, non ero in consilio aut consensu, vel facto, ut vitam perdant aut membrum, seu capiantur, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, vel iniuriæ aliquæ inferantur quovis quæsito colore. Consilium vero, quod mihi credituri sunt per se aut nuntios seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum & Regalia S. Petri adiutor eis ero ad retinendum & defendendum contra omnem hominem. Legatum Apostolicæ sedis in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuvabo, iura, honores, privilegia & auctoritatem Romanæ Ecclesiæ Domini nostri Papæ & successorum prædictorum conservare, defendere, augere & promovere curabo. Non ero in consilio vel facto seu tractatu in omnibus contra ipsum Dominum nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua vel sinistra vel præiudicialia personarum, iuris, honoris, status & potestatis eorum machinentur, & si talia à quibuscunque tractari novero vel procurari, impediam hoc pro posse, & quanto citius potero, commode significabo eidem Domino nostro vel alteri, per quem possit ad ipsius notitiam pervenire. Regulas sanctorum Patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reservationes, provisiones & mandata Apostolica totis viribus observabo, & faciam ab aliis observari. Hereticos, schismaticos & rebelles Domino nostro, vel eiusdem successoribus prædictis pro posse persequar & impugnabo. Vocatus ad sinodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditione. Possessiones vero ad Monasterium meum pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Conventus Monasterii mei Inconsulto Romano Pontifice. Sic me Deus adiuvet, & hæc sancta Dei Evangelia. In Archivo Mellic. Scrinio 2. fasc. 1.

Num. 13. Anno 1480. Ich Jorig von Ekartzau, vnd ich Veit von Eberstorff Obrister Erbkammerer in Oesterreich bekhennen vmb die zuespruch, Irrung vnd zwitracht, die gewesen seyn zwischen dem Edlen Vessten Symon Potl zu Hebreichstorff auf dem Mas, an ainen: vnd Hannsen Hager zu Reykestorff auf dem Anger an dem andern Theil von wegen eines zehents zu Paden beschegen ze Wienn an Eritag St. Margarethen abend, nach Christi vnsers lieben Herrn gepurd in 1480zigsten Jahrn. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 75. fol. 217.

Stepha-

Num. 14. Anno 1480.

Stephanus permissione divina Abbas Monasterii B. Mariæ Virginis alias Scotorum Viennæ Ord. S. Bened. nec non Judex & Conservator Jurium & Privilegiorum ad infra scripta &c. *Sententia definitiva propter decimas inter Liesting & Piesting sitas, quæ Monasterio Mellicensi adiudicatæ sunt.* Datum & actum Wiennæ in Monasterio nostro præfato sub anno à nativitate Domini 1480. Indict. XIII. die vero Mercurii 12. mensis Aprilis &c. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 132. fol. 359.

Num. 15. Anno 1483.

Ich Mert von Eyzing zu Schretntall bekhenn für mich vnd all mein Erben rc. *Reversales propter subditos Mellicenses in VVulerstorff & Immendorf.* Dessen ist gezeüg durch mein fleissige Bette willen der Edl Herr, Herr Oswald von Eyzing mein lieber Herr vnd Vetter rc. Geben zu Schretntall an Montag vor den Palmtag. Nach Christi vnsers lieben Herrn gepurt 1483. Jare. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 198. folio 578.

Anno 1483.

Alexander Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Forlmien. Sanctissimi Domini nostri Papæ Reverendarius, & in Germania cuncta, & in quibuscunque aliis locis, ad quæ te declinare contigerit in spiritualibus & temporalibus cum plena potestate Legati de latere Nuntius & Orator. Ad ea, per quæ Ecclesiarum, & præsertim Monasteriorum, ac in illis divinis officiis ac obsequiis deditarum Personarum statui, commodo & utilitati consulitur, & oportunitatibus subvenitur, ex iniuncto nobis desuper legationis officio libenter intendimus, illaque favoribus, quantum cum Deo possumus, prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Religiosorum Abbatis & Conventus Monasterii Mellicensis Ordinis sancti Benedicti Pataviensis diæcesis petitio continebat: quod licet quondam felicis recordationis Dominus Pius Papa secundus dictis Abbati & Conventui Mellicensi Ecclesiam Parochialem in Weikendorff dictæ Pataviensis diæcesis, certis & rationabilibus ex causis, sibi pro parte eorundem Religiosorum tunc expositis, cum omnibus & singulis fructibus, redditibus, proventibus, iuribus & obventionibus perpetuo univit, annexuit & incorporavit indulgendo eisdem, quod ipsi curam animarum parochianorum eorundem, ac administrationem spiritualium & temporalium Ecclesiæ eiusdem per idoneum Vicarium sæcularem ad nutum ipsorum amovibilem, si, & in quantum ex causa rationabili foret amovendus, ordinarii loci, & cuiuscunque alterius super hoc licentia minime requisita, exercere & deservire facerent & procurarent, prout in litteris Apostolicis desuper confectis plenius dicitur contineri: Et sicut eadem petitio subiungebat, qualiter dicta Ecclesia parochialis istis turbatis temporibus, & communibus hostilitatibus, ac gwerris continuis, in suis fructibus, & redditibus adeo extenuata sit, quod ipsi Religiosi parum vel nihil commoditatis ex ea recipere, quin potius dicto ipsorum Vicario, ac Personis aliis ibidem servientibus annuatim quadringentas, & aliquando noningentas libras denariorum usualis monetæ pro illorum sustentatione solvere coguntur, in maximum ipsorum Religiosorum dispendium & iacturam. Quare fuit nobis pro parte eorundem Religiosorum humiliter supplicatum, quatenus ut ipsi dictam Ecclesiam parochialem in Weikendorff eis, ut præfertur, incorporatam per unum ex Fratribus dicti Monasterii pro tempore duxerint deputandum in spiritualibus & temporalibus ad tempus, vel ad perpetuum regere & gubernare possint & valeant, licentiam & facultatem auctorita-

ctoritate legationis nostræ dare & concedere, ac alias ipsis super præmissis de remedio oportuno providere dignaremur. Nos igitur dictorum Religiosorum supplicationibus inclinati, volentesque eorum inopiæ, quantum in nobis est, paterne subvenire, ipsis, ut dictam Ecclesiam parochialem in Weikendorff per unum ex fratribus dicti ipsorum Monasterii, quem ad hoc pro tempore duxerint deputandum, in spiritualibus & temporalibus, donec & quousque eadem Ecclesia in Weikendorff, præfatumque ipsorum Monasterium in & ad statum uberiorem, sicut antea fuerunt, pervenire & reduci contingat, regere & gubernare possint & valeant, ordinarii loci licentia minime ad hoc requisita, auctoritate Legationis nostræ indulgemus, ipsisque ad hoc plenariam concedimus facultatem præsentium per tenorem: Proviso tamen, quod Religiosi pro regimine Ecclesiæ ejusdem aliquando deputati, se honeste & decenter regant, ac pabulum verbi Dei omnipotentis populo sibi subiecto fideliter seminent, ipsamque Ecclesiam debitis interim in spiritualibus & temporalibus non fraudetur obsequiis; & animarum cura in eadem nullatenus negligatur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes nostras litteras exinde fieri mandavimus, sigillique nostri novi oblongi, quo nunc utimur, iussimus & fecimus appensione communiri. Datum Viennæ in domo nostræ solitæ residentiæ, sub anno à Nativitate Domini Millesimo, quadringentesimo, octuagesimo tertio, Indict. prima, die vero vigesima Mensis Januarii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Sixti divina providentia Papæ quarti, anno duodecimo. Archiv. Mell. Tom. I. Num. 481. fol. 889.

Num. 16. Anno 1486. Wir Fridrich von Gots gnaden Röm. Kayser zu allen zeiten Mehrer des Reichs zu Hungarn, Dalmatien, Croatien ꝛc. König, Herzog zu Oesterreich, zu Steyr ꝛc. Entbiethen dem Edlen unsern Lieben getreüen Hainrichen Pruschinkh Freyherr zu Stettemberg, unsern Rath, und zum Serningstein Caspar von Rogendorff unsern Cammerer, und zu Ybbs unsern Pflegern Hannsen Kramer. *Eximitur Monasterium à dandis teloniis &c.* Geben zu Cölln am Sambstag vor den Sontag Jubilate Anno Domini 1486. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 157. fol. 446.

Num. 17. Anno 1483. Wir Wolffgang Abbte zu Melkh, Ich Wolffgang von Meilestorff, die verordent von dem Prelathen Standt, und von Adl, und ich Mert Egnburger Richter zu Crembs, Ich Simon Frankh Richter zu Ybbs, Ich Asm Kramer Richter zu Zwettl, Ich Hanns Pekh Richter zu Waidhofen an der Teya, und Ich Wazlau Burgermaister zu Wienn: als die Santpothen der gemelten Stett in den hernachsachen des Landes Oessterreich under der Enns, so sich der Kayserl. May. halten, und seyn, bekennen offenlich mit disem Brief, und Tun kunt alle menigklich nachdem der Hochgebohrne Fürst unser gnädigster Herr Herzog Albrecht von Saxen Kay. May. und des Heyl. Röm. Reichs Obrister Haubtman der Vech, und feintschafft halb die sich zwischen desselben unsers gnedigen Herrn des Röm. Kayser, und dem Durchleüchtigisten Fürsten und Herrn, Herrn Matthias zu Ungern, und Behemb König: halten ainen fridlichen Anstand zwischen desselben unsers gnedigsten Herrn des Königs, und der Kay. May. dis Lants und Unterthaneu gemacht, angenomen, beschlossen, und zuegesagt hat, Inhalt Irer yeder genaden Verschreibung darüber

über begriffen, vnd ausgangen, welcher fridlicher anstand sich dann auf den 8. Tag nach Vrbani negst Verschin geend hat, vnd nachmals mit Verwilligung seiner Königl. Würde, durch vnsern gnedigen Herrn den Erzbischoue von Salzpurkh, als Gewalttrager vnd Anwalt der Kay. May. mit dem zuesaz, das ausserhalb seiner Kay. May. Erblanden all ander seiner Kay. May. Herrschafft, vnd Unterthanen, wo die gelegen sein, darin auch verfasst sein sullen, bis auf sand Gilgen Tag yz vergangen, erstrekt gewesen ist, als Wir aus Befelch der Kay. May. Unterthan vnd gehorsam im Land Oessterreich vnd er Enns, vnd mit iren wissen, nachdem der egenant vnser gnediger Herr der Bischoff zu Salzburkh, als Anwalt der Kay. May. solchen fridlichen anstand durch demütige Gebette bey seiner Königl. gnaden wider erlangt, vnd den mit seiner künigklichen gnaden bis auf den schirist komenden vnsers lieben Herrn Fronleichnams Tag, in aller mass vnd form, wie der durch genanten Herzog Albrechten von Sachsen gemacht, vnd durch Ihn den von Salzburkh bis auf Egidi erstreckt gewesen ist, verrer angenommen werden vnd erlangt hat, den von vnser selbs wegen, vnd an stat den gemelten des Lands Oessterreich vnder der Enns neben denselben von Salzpurkh als Kay May. Anwalt in allen vnd iedlichen artikln, Puncten, Clausen, inhaltungen, mainungen, vnd begriffungen, wie dann der durch sein Künigkliche Würde, als vor anzaigt, mit Herzog Albrechten zu sand Pölten verfasst, vnd nachmals durch den von Salzburgkh erstrekt ist; vnd in aller mass vnd weiß, alsob der also von wort zu wort hie inne geschriben stund, vnd ausgedrukt were, mit seiner Künigklich gnaden auch angenohmen, vnd zuegesagt haben. Geloben vnd Versprechen auch darauf seinen Künigklichen gnaden bey vnsern waren Cristenlichen Treüen vnd Ern für vns selbs, die gemelten Kay. May. Landleüth in Oessterreich vnder der Enns, der Wir Vns den, wie vor gemelt ist, hiemit mechtigen, vnd annemen, wissentlich Crafft des Brieffs, das wir noch sy den bis auf genanten vnser lieben Herrn Fronleichnams Tag mit seinen Künikgl. gnaden, vnd allen die seinen Künigl. gnaden zuegehören, vnd zuuersprechen steend, in aller mass, wie die Artikl durch Herzog Albrechten gemacht, auszaigen, stet, vnd vnzebrochen halten, vnd auf nyemantz, er sey wer der welle, Chein ausgenomen, gepot, ersuechen, geschefft, anlangen, ervorderung oder ansynnen, dawider sein, noch Tun, noch auch ichtes, das dem abpruch, schwechung oder Verhinderung geben solt, oder möcht, dawider handlen noch gebrauchen, das auch zutun nymantz stat geben, oder gestatten sulen noch wellen in dhein weis Treülich vnd vngeuerlich. Auf das all argkwenigkeit oder geuer in disem handl fürkomen, seine Künigkl. gnaden auch dast pas versichert werde, vnd sich durch Vnwissenheit nyemantz, das, so dawider gebraucht worden etwo entschuldigen müge, so sullen vnd wellen wir die obgeschriben daran sein, vnd sagen auch das zue mit disem Brief, das die berürten der Kayserl. May. Landleüt in Oessterreich vnder der Enns sein Künigkl. gnaden hiezwischen, vnd dem nagsten sant Martens Tag ein Verschreibung von iren vnd der Kay. May. Landleüt in Oessterreich vnder Enns wegen, vnder sechzehen Insiglen, der die maisten von Prelathen vnd Herrn der Ritterschafft, vnd die namhaftigsten Stett, daran hengen, soll geben, vnd die gen sant Pölten seiner Künikgl. gnaden Haubtman daselbs zu seinen Königkl. gnaden handen, dergleichen mainung, wie oben gemelt ist, das Sy berürten Fridglichen anstandt annemen, den zehalten, auch ire Brief geluben, vnd auf nymantz ge-

 schefft,

schefft, heissen, gepot, ersuechen noch Eruorderung dawider sein, noch Tun sullen, noch wellen, inhaltund über antbürten, alles an arigliſt, Treülich vnd vngeuerlich: doch so ist solch verschreibung gegeben vnd übergeantbürt haben sol, vns dieser vnser Brieffe daentgegen wiederumb heraus gegeben, vnd geantbürt worden auch vngeuerlich, vnd des zu vrkundt geben wir sein Küngkl. gnaden disen Brief versigelten mit vnsern Wolfgangen Abte zu Melkh vnd Wolfgangen von Meilestorff, vnd mit der vorgenanten Stette anhangunden Insigeln, darunter Wir vns vnuerscheidentlich für vns vnd anstat Kay. May. Landleüth in Oessterreich vnder der Enns verpinden allem dem nachzukommen vnd völlig zutun, so oben geschriben stet. Geben zu Wienn am Montag sand Maurizi Tag. Nach Cristi vnsers Lieben Herrn gepurd vierzehenhundert vnd im acht vnd achtzigsten Jare. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 269. fol. 747.

Num. 18. Anno 1490. Wir Maximilian von Gots gnaden Römischer König zu allen zeiten Mehrer des Reichs, zu Hungarn Dalmatien Croatien ꝛc. König, Erzherzog zu Osterreich, Herzog zu Burgundi, zu Brabant, zu Geldern ꝛc. Graff zu Flandern, zu Tyroll Entbiethen allen vnd yeglichen ꝛc. *Mandatum, ut bona per Regem Hungariæ Matth. Corvinum vi Monasterio Mellicensi ablata, eidem restituantur.* Geben zu Wienn an des Heyl. Creüz Tag Exaltationis. Anno Domini 1490. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 208. fol. 601.

Num. 19. Anno 1492. Wir Fridrich von Gottes gnaden Römischer Kayser zu allen zeiten Mehrer des Reichs zu Hungern, Dalmatien, Croatien ꝛc. König, Herzog zu Oessterreich, zu Steyr. ꝛc. Entbiethen vnsern getreüen Andreen Krabat von Lapiz vnsern Pfleger zu Tulln vnser gnad, vnd alles gut ꝛc. *Imperator ad instantiam Abbatis Mellicensis constituit pro iudice in feudalibus Andream de Krabat.* Geben zu Lintz an freytag St. Florians Tag Anno Domini 1492. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 134. fol. 325.

Num. 20. Anno 1493. Wir Maximilian von Gottes gnaden Röm. König zu allen zeiten Mehrer des Reichs zu Hungarn, Dalmatien, Croatien ꝛc. König, Erzherzog zu Oessterreich zu Burgundi, zu Lotterikh, zu Brabant, zu Steir, zu Kerndten, zu Crain, zu Limburg, zu Luzenburg, vnd zu Ghldern, Graff zu Flandern, zu Habspurg, zu Tyroll, zu Phirt, zu Kyburg, zu Arzhois, vnd zu Burgundi, Pfaltzgraff zu Henigeu: Margraff, zu Holande, zu Seelande, zu Namur, vnd Zutphen: Marggraff des Heyl. Röm. Reichs, vnd zu Burgau, Landtgraff in Elsaß, Herr zu Frieslande auf der Windischen March zu Portenau, zu Solins, vnd zu Mechlen, bekhennen, vnd Thuen kundt offenlich ꝛc. *Privilegium pro nundinis annis singulis in Oppido Mellicensi celebrari concessis.* Geben zu Wienn an freytag, sanct Thomas abent, des Heyl. 12. Pothen, nach Christi vnsers lieben Herrn geburde 1493. vnserer Reiche, in Römischen im 8ten vnd des Hungarischen in 4ten Jaren. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 159. folio 450.

Anno 1494. In dem nahmen der Heyl. vnd vngetheilten Treifaltigkeit Amen. Ich Schwester Helena Heürtin die zeit Meisterin vnd vor der ganz Convent Gemein des Frauen Closter sanct Marie Magdalenen vor Schotten Thor zue Wienn sanct Augustinus Ordens bekhene mit diesem Brieff, für vns, vnd all vnseren Nachkhomen, das Wir dem Hochwürdigen geistlichen Herrn, Herrn Wolfgang Abbt, vnd Herr Michel Prior, vnd dem ganzen Convent des würdigen

digen Gottshaus zue Melkh sant Benedicten Ordens Passauer Pistums, zu vorderist durch Gotts willen, vnd ihrer fleissigen gebet, in vnser Bruederschafft nach Löblichen gewonheit vnsers Closters aufgenohmen, vnd empfangen haben, nehmen und empfangen Sie auch in Crafft des Brieffs, Gott dem Allmechtigen zue Lob, vnd Ehr, vnd vns peidenthalben zue ewigen Heyll, also, das wann Sie vnd all ihr nachkhomen Lemptig, vnd Tod, also vill es an vns ist Tailhafftig machen aller vnser guetten Werken, die der Allmächtige GOtt iez gegenwürtigleich, vnd hernach künfftigleich durch vns, vnd vnser Nachkommen in dem vorgenanten vnsern Gottshaus St. Marie Magdalen wirdt, vnd ist, es sey mit singen, Lesen, peten, Vasften, wachen, allmusen geben, vnd ander geistlicher Observanz vnd auch Treülich, vnd andächtiglich für ain ander piten, das Wir beidenthalben in Himmelspehenden Waahren, geistlichen Tugenten, vnd genaden aufnehmen, vnd darin beleiben bis an vnser End, auff das Wir in iener Welt von ainander nit geschaiden werden, sunder mit einander besizen ewige freüdt, vnd Seeligkeit, auch ist vnser mainung, vnd willen ernstlich, so der Herrn, oder Brieder ainer Profess des vorgenanten Gottshaus abscheidt von diser Welt, vnd vns das verkundt wird, wöllen wir dann zu Heill derselben Seel Ehrsamigleich peten, nach gewonheit vnsers Closters mit vigilien sprechen, vnd in Capitl die Psalm: Verba mea, vnd wann wir an nachsten seines Abgangs ein Seelambt Singen, so wöllen Wir desselben Herrn gedechtnus haben mit den andern der sachen zue ainer ewigen gedechtnus geben Wir ihn, vnd ihren Nachkhomen für vns, vnd vnsere Nachkhomen disen Brieff besigleten mit vnser obgenanten Maisterin vnd Convents des vorbenanten Closters St. Maria Magdalen baider anhangunden Insigeln. Geben zu Wienn nach Christi geburt vierzehenhundert, vnd darnach vier vnd neünzigsten Jar. am Freitag vor St. Pauls Tag des ersten Einsidl. Archiv. Mell. Scrin. 98. fas. 7.

Dem Ehrwürdigen Herrn Herrn Wolffgangen Abbt des Gottshaus zu Melckh, Entbeut ich Mert Rietntaller mein willig dienst beuor, vnd lasse Euch wissen, das ich dem Edln, vnd Gestrengen Ritter Herr Sigmunden Snaitpekhen, vnd seinen Erben den getraydzehent zu Praitenfeld zu kauffen geben hab ꝛc. Der sach ist gezeüg durch mein bet willen der Edl Hanns Schodner mit seinem aufgedruckten Insigl ꝛc. Geben zu Wienn an freytag nach St. Veyt Tag Anno 1496. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 107. fol. 282. Num. 21. Anno 1496.

Wir Rudolph der ander von Gottes gnaden erwählter Röm. Kayser zu allen zeiten Mehrer des Reichs in Germanien, zu Hungern vnd Böhaimb Künig ꝛc. Erzherzog zu Oessterreich, Herzog zu Burgundi, Steyr, Khärndten, Crain, vnd Württenberg, in Ober vnd Nider Schlesien Marggraff zu Mährern, in Ober vnd Nider Lausniz, Graue zu Tyroll ꝛc. Entbiethen N. allen vnd ieden vnsern Vnderthanen, vnd Inwohnern zu Perchtoldstorff, Prum, Mödling, Enzerstorff, Neudorff, Gundramstorff, Gumpolzkürchen, Pidermanstorff, Pfaffstetten, Walterstorff, Dräskirchen, Paden, Soss, Gainfahrn, Leoberstorff, Rauelspach vnd Wullerstorff, so der Endten Weingarten haben, daruon vns so wohl, als dem Gotshaus Mölckh zehent zugeben gebürt, vnser gnad vnd alles guets, wiewol von alter, vnd bishero diser gebrauch gehalten worden, das vnser vnd ermeltes Closter Mölckh zehentner von einem halben Dreyling, der zu ailff vnd zwölff von gehalten, nuer ain Emer lauters zehent Num. 22. Anno 1497.

 geben:

geben: vernehmen Wir doch, das Jr vngeacht vnser vorhero des verschinen 67ten auch 89ten Jars ausgangenen Generaln bey angezaigten alten gebrauch nicht bleibet, sondern die vas zu 14. 15. 16. Emmer, vnd noch darüber für halb Dreyling machen lasset, vnd von derselben ainem nit mehr als ainem Emmer Mosst lautern geben, vnd raichen wollet: zu dem auch, wann die Mösst oder Weinbeschreibung angehet, die Mösst hin vnd wieder in die winkhl, vnd Cammer verstökht, vnd dieselben mit Stroh, Holz, vnd lähren Vässern verlegt, auch in solcher Beschreibung auch ein grosser Anzahl Mösst, so in Euren Haussezen, oder Frey weingarten gewaxen sein sollen, anzeiget, vnd Euch den zehent ohne fürlegung ainicherley freiheit dauon zureichen, vernidern sollet, welches vns, vnd dem Closter Mölckh, neben dem, das auch dasienig, so in zeit des Lösens eingefült, vnd ausgespeist wirdet, vnuerzehent wol halber Theil hingehet, zu grossen nachtheil reichet, vnd vns aus obangezaigten Vrsachen lenger zuezusehen, vnd zugestatten nicht gemaint, noch verstanten sein will. Demnach ist an Euch all, vnd Euer ieden insonderheit vnser ernstlicher Befelch vnd wollen, das Jr von Euren Mösten vnd weinen, so uiel deren in Beschreibung befunden worden von grossen vnd kleinen Vässern, von dem zehenten Emer lauters ainen Emmer, von 12. Emer Maisch auch einen Emer lauters gebet, vnd Euch bey vnser vngnad vnd Straff der Verstekhung, oder Vnderschlaiffung der Mösst oder Wein genzlich enthaltet: vnd nachdem fürkombt, das ihr zum Teil an Euren behausungen sonder gros weingarten, die nit Sez oder Hoffstett zu nenen, oder denselben zuuergleichen, erbauet, vnd damit befreyt sein wöllet, so Jhr doch so wohl, als von andern Pauweingarten den gebürlichen Landgebreüchigen zehent billich dauon zureichen schuldig seyet. So soll euch hiemit alles Ernsts auferlegt sein, vns vnd merernenten Closter Mölkh den zehent von denselben Euren Haussezen oder Hoffstetten (darinnen Wir aber die schlechten gärtl, Weingärtl vnd Hoffstett, Sezen, die mehrers zu Lust, als notturfft zuegericht, nit gemaint noch verstanden haben wollen) gleichsfals, als von andern Euren weingärten zugeben vnd zureichen; das ir auch den Tag, daran Jr Eur Haussezen, oder Hoffstetten lösen wollet, denen Lösmaistern anzaiget, damit sie den Maisch daraus zubeschreiben Verordnung Thun mögen. An dem allen beschicht vnser endlicher willen vnd mainung. Geben in vnserer Statt Wienn den 14. Tag Octobris, Anno &c. in 97zigsten vnserer Reiche, des Römischen in 22. des Hungerischen in 26. vnd des Böhaimbschen im 23. Vlrich Abbt zu Zwettl Statthalter Ambts Verwalter. C. Pirkhaimer Canzler. Commissio Domini Electi Imperatoris in Consilio &c. Archiv. Mell. Tom. III. Num. 134. fol. 369.

Anno 1497. Venerabilibus ac Religiosis Patribus & fratribus Domino Wolfgango Abbati, Paulo Priori, totique Conventui Monasterii sancti Colomanni Martyris in Melico ordinis sancti Benedicti Pataviensis diæcesis. Nos Frater Sebastianus Abbas, Leonardus Prior, totusque Conventus Monasterii S. Sebastiani Martyris in Ebesperg eiusdem ordinis Frisingensis diæcesis cum sinceræ charitatis affectu salutem in Domino perennem. Quia mediante charitate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore sanctæ Ecclesiæ sibi invicem coniunguntur: & Christo suo capiti ad percipiendum per ipsum & in ipso gratiarum spiritualium influentiam uniuntur: tanto liberius atque libentius sinum charitatis in ampliandæ confraternitatis consortium dilatamus: quanto ad perceptionem fructus huiusmodi

iusmodi ferventius anhelamus. Vnde vestrarum Venerabilitatum precibus & religiositate tracti matura deliberatione præhabita plenæ confraternitatis, omnium scilicet bonorum participationem & communionem in missis & orationibus, elemosinis & abstinentiis, vigiliis aliisque virtutum exercitiis, quæ divina clementia per præsentes nos nostrosque successores, in dicto nostro Monasterio dignabitur operari, vobis ac successoribus vestris tenore præsentium libere concedimus, adiicientes: quod cum obitus Fratris unius, vel plurium prædicti Monasterii, vel Professorum nobis intimatus fuerit: vigilias & missas defunctorum, iuxta consuetudinem nostri Monasterii persolvemus: sed & singuli Sacerdotes missas legentes singulas missas: Clerici vero missas non legentes, totum officium defunctorum: vesperas scilicet & vigilias novem lectionum cum laudibus: Conversi quoque centum Pater noster cum totidem Ave Maria ob refrigerium animarum eorundem dicent. In quorum omnium testimonium & robur hanc paginam sigillis nostris munitam vestris charitatibus tradere curavimus. Datum in Monasterio nostro Ebersperg in die sancti Mathæi Apostoli & Evangelistæ. Anno Domini Millesimo, quadringentesimo Nonagesimo septimo. Archiv. Mell. Scrin. 98. sub fasc. 7.

Ich Caspar von Rogendorff bekhenn für mich ꝛc. *Reversales propter feudum in Gundersdorf.* Der Brieff ist geben zu Pegkstall am Sambstag in den Össterfeyrn. Nach Christi geburde 1498. Jare. Archiv. Mell. Tom. II. Num. 127. fol. 313. Num. 23. Anno 1498.

Ich Vrsula Herrn Jorigen Hager seeligen Tochter und Jorigen Kadauers seeligen gelassene Wittib bekhenn für mich ꝛc. *Commutatio duarum curiarum in Haxenoed facta inter Monasterium Mellicense & præfatam Vrsulam.* Zu mehrer gezeügnus hab ich mit Vleis gebetten die Edlen Vesssten Achazi Enikhl zu Albrechtsberg meinen lieben Söne, vnd Albrechten Purkhstaller die zeit Haubtman zu Mölckh meinen lieben Vettern ꝛc. Geben an Mitichen nach St. Augustins Tag des Heyl. Lehrer. Nach der geburth Christi vnsers lieben Herrn 14hundert, darnach in 98sten Jare. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 25. fol. 66. Num 24. Anno 1498.

Ich Conrad Füzl der zeit Dechant und Pfarrer der Pfarrkirchen zu Mölkh, bekhenn offenlich ꝛc. *Attestatum quod Monasterio Mellicensi ius vadi ibidem cum certa conditione legatum sit.* Zur mehr gezeügnus vnd sicherheit der sachen hab ich mit Vleis gebetten die Edlen vnd Vesssten Albrecht den Purgstaller von Zaising, die zeit Haubtman des Gottshaus Mölckh, vnd Marxen Schachner das sie ihre aigne Insigl offentlich an disem Brieff gehengt haben ꝛc. Geben am Sambstag nach St. Augustini Tag, des Heyl. Lehrer vnd Bischoff. Nach Christi geburt 1499sten Jare. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 126. fol. 336. Num. 25. Anno 1499.

Item Herr Wolffgang Hoffkircher Freyherr zu Khollnüz hat zu Lehen empfangen an stat sein selbs vnd Herr Wenceslaus seinen Brueder den Wein- vnd Traidzehent zu Ziegstorff. Prothocoll. feudale Num. 2. fol. 66. Num. 26. Anno 1499.

Reverendis, Venerabilibus ac Religiosis in Christo Patribus & Fratribus Domini Johanni Abbati N. Priori totique Venerabili Conventui Monasterii Mellicensis Ordinis sancti Benedicti in Pataviensi diæcesi siti. Alias sanctissimæ sedi Apostolicæ immediate subiecti. Nos Kyllianus Dei gratia Abbas, Andreas Prior totusque Conventus Monasterii Sytanstetensis, cum sinceræ charitatis affectu humiles orationes in Domino. Quia mediante charitate, Anno 1499.

EBERSTORFF. an. 1455. Villa non procul ab arce Weittenegg, Danubio adiacens, cis Meinhardi montem, Illustrissimi Domini Francisci Wenceslai Comitis de Sinzendorff.

EBREICHSBRVNNEN. an. 1110. Ebersprunne. an. 1257. Ebersprun. an. 1412. corrupte Ernstprun, castrum trans montem Meinhardi, Hæredum Illustrissimi p. m. Georgii Julii Comitis ab Engl.

EBREICHSTORFF. an. 1240. Eberstorff. an. 1308. Ebreichsdorff, & Kotting Eberstorff. Castrum munitum & elegans cum oppido, Arci Laxenburgensi, trans nemus Cetium, vicinum, sub iurisdictione & dominio Illustrissimi Domini Josephi Antonii Lib. Baronis Pilati de Thassul.

EBREINSTORFF. an. 1567. Modo Eberstorff, villa iurisdictioni Monasterii Mellicensis subiecta, Castro Fridau vicina, cis nemus Vindobonense.

EGENBVRG. an. 1567. Egenburgum, antiqua civitas Archiducalis, monti Meinhardi adsita.

EGGENDORFF. vide Meginhartesdorff.

EHRNEGG. an. 1590. Castrum cis nemus Cetium, Illustrissimæ Dominæ Comitis viduæ ab Auersperg.

EICHENDORFF. vide Meginhartesdorff.

EICHENTAL. an. 1313. Villa quondam ampla cis Sylvam Vindobonensem, cuius nullum hodie vestigium conspicitur.

Eisal. an. 1360. Baptismale vocabulum mulieris.

EIRALTSPACH. an. 1318. & Eyzesperg, olim villa intra terminos parochiæ Haunoldstein, munitissimæ arci Hochenegg adiacens, cis nemus Cetium, cuius loci memoria nulla omnino hodie habetur.

EISGRVEB. an. 1652. Oppidum & Castellum cum amœnissimo horto, Rabenspergensi arci vicinum, trans montem Meinhardi, Celsissimi Domini Floriani Antonii Principis de Liechtenstain.

EKENDORFF. an. 1579. villa pago Klein-Stöttldorff proxima, trans montem Meinhardi, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Caroli Friderici Comitis de Schönborn Puechheim, Parœcia est Inclyti Monasterii Scotorum Vindobonensium.

EKHARTSAV. an. 1324. Quondam Domini Ekhardi augia dicta, castrum bene munitum, quod rivus Ruspach alluit, paretque modo una cum oppido cognomini Illustrissimo & Excellentissimo Domino Ferdinando Francisco Kinskhi.

Elen. an. 1328. nomen baptismale mulieris.

ELEND. an. 1628. Pagus Vindobona in ortum sex & dimidia leuca dissitus, Illustrissimi Domini Francisci

ci Antonii Comitis de Abensperg & Traun.

ELSABETIS. an. 1240. Elſpeth. an. 1361. Eliſabetha.

ELSINZ. an. 1411. villa olim ad amnis Ipſii Danubio illabentis oſtium, cuius ne rudera quidem nunc amplius cernuntur.

EMERSPERG. an. 1597. Villula trans nemus Cetium, Illuſtriſſimi Domini Chriſtophori Comitis de Heisſenſtain.

EMMERSTORFF. an. 1354. Oppidum arci Weiteneggenſi propinquum, Danubii ripæ adſitum fere ex adverſo Cœnobii Mellicenſis poſitum, cis montem Meinhardi, ſubiacet cum omni iurisdictione Illuſtriſſimo Domino Philippo Joſepho Comiti de Hoyos.

ENGELHARTSTETTEN. an. 1688. Villa, cui adiacet caſtrum nobilisſimum Weyden dictum, in Marchiacis campis, ab Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino Erneſto Rudigero Comite de Stahrnberg p. m. excitatum: paret hodie Illuſtrisſimæ & Excellentisſimæ Dominæ Mariæ Joſephæ Comiti de Stahrnberg, natæ Comiti de Jörger.

ENGELSCHALESDORFF. an. 1216. & an. 1314. modo Enzerſtorff. Pagus, Archiducali oppido Medlingenſi propinquus, Vindobona in meridiem duobus milliaribus disſitus, Illuſtriſſimi Domini Joſephi Lib. Baronis de Waffenburg.

ENGELSCHALICHSFELD. an. 1312. Jam vero Enzesfeld appellatum, Caſtrum elegans in edito colle, cum adiacente oppido Leobersdorff, Neoſtadio Vindobonenſi duabus horis in ortum diſſitum, Celſiſſimæ Dominæ Viduæ Mariæ Antoniæ Joſephæ Principis de Montecuccoli, natæ Comitis de Colleredo.

GROSS ENGERSTORFF. an. 1598. Villa ad rivum Ruſpach ſita, in Marchiacis campis, ſub dominio Illuſtrisſimi Domini Joannis Adami Comitis de Abenſperg & Traun.

ENICHELPERG. an. 1640. Villa tenuis ſibi proximum habens caſtrum Goldegg, cis nemus Cetium, Celſisſimi Domini Joannis Leopoldi Principis Trauthſon.

ENZERSTORFF in Langenthall. an. 1669. Oppidum cum arce munita & vetuſtiſſima, trans montem Meinhardi, ubi Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Dominus Ottokarus Comes de Stahrnberg ſplendidum Tuſculanum nunc conſtruit.

ENZERSTORFF. anno 1640. vulgo Stättl Enzerſtorff, urbecula cum arce foſſa ac muro munita, ad ripam Danubii ſita, in campis Marchiacis, paret Epiſcopatui Friſingenſi.

ERDPERG. an. 1648. Villa cum caſtello trans montem Meinhardi, Celſisſimi Domini Floriani Antonii Principis de Liechtenſtain.

ERDPRUST. a. 1403. modo Erdbreſs, villa oppido Hohenrueperſtorfſenſi adſita, trans Meinhardi montem, Cameræ Archiducalis.

ERGESTTEN. an. 1315. Olim pagus amplus & frequens, in parœcia Rueprechtshofenſi, cis ſylvam Vindobonenſem, nulla nunc loci memoria ſupereſt.

ERINGESBERGE. an. 1282. Quondam villa in Marchiacis campis, ubi Mellicenſe Monaſterium aliquot colonos posſidebat, quæ nunc penitus interiit.

ERLA CLOSTER. an. 1549. Cœnobium Sanctimonialium Ord. S. Bened. in confiniis Auſtriæ ſuperioris, a Ducibus Bavariæ fundatum, dein Lutheri tempore derelictum, cuius

proventus seculi decimo sexto, novo Monasterio SS. Angelorum Ord. S. Claræ Viennæ ab Elisabetha Regina Galliæ excitato, ab Imperatore Maximiliano II. attributi sunt.

ERLAPFF. an. 1364. Erlaff & Erla. an. 1612. Villa quam amnis cognominis alluit, cis sylvam Cetiam, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Sigismundi Conradi Comitis de Stharenberg.

ERMUT. an. 1281. & Ermrüt. an. 1389. Quondam villa cis nemus Vindobonense, sub iurisdictione Neohofensi, cuius nunc tantum in urbariis antiquis Monasterii Mellicensis memoria extat.

ESOX, OCIS. an. 1337. Modo Huso piscis, vulgo Ein Hausen: *Pronunciamus & definimus, quod plebani prædicti annis singulis, quilibet unum Esocem, qui vulgariter Chlobhausen dicitur, in signum patronatus Monasterio Mellicensi solvere teneantur.* Archiv. Mell. Tom. I. Num. 191. f. 362.

F.

FAHRNFELD. an. 1620. Modo Farafeld. Villa secundo ferme lapide Neapoli Vindobonensi in meridiem abscedens trans nemus Cetium, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Bernardi Georgii Comitis de Mikosch.

FALKENSTAIN. an. 1620. Arx munitissima & antiquissima, editissimæ rupi insidens, in collimitio Austriæ & Moraviæ, trans montem Meinhardi: ad cuius radicem adiectum est oppidum cognomine, quod una cum arce dominio Illustrissimi Domini Francisci Eusebii Comitis de Trauthson subest. Dominii istius possessor iure cudendi monetam simul & patronatus in loci Ecclesiam gaudet.

FÄNDORFF. vide Vogendorff.

FEINFELD. an. 1662. Castrum devastatum & desertum, cis montem Meinhardi, cui adiacet villa cognominis, quæ fertur fuisse sedes gentilitia antiquissimæ familiæ Kueffstainianæ, nunc ab Illustrissimo Domino Joanne Leopoldo Comite de Kueffstain possidetur.

FELDSPERG. an. 1678. Arx amœnissima, & palatium perquam magnificum, ad cuius planitiem iacet eiusdem nominis civitas, dimidio milliari a latere habens Tayam amnem, Moraviam ab Austria dividentem Celsissimi Domini Floriani Antonii Principis de Liechtenstain.

FELLING. an. 1490. Castrum & villa in Marchiacis campis sub dominio Carthusiæ Maurpacensis.

FELLING. vide Velwen.

FESENDORFF. an. 1313. Castrum fossa & muro bene munitum cum ampla villa, una hora Vienna in ortum recedens, Illustrissimæ & Excellentissimæ Dominæ Mariæ Josephæ Comitis de Stahrnberg, natæ Comiti de Jörger.

FISCHAMENT. a. 1589. seu Fischa am Endt. Oppidum & castellum trans sylvam Cetiam, ab eo appellatum, quod rivus Fischa ibidem Danubio misceatur, est Illustrissimi Domini Procopii Gervasii Comitis de Gollen.

Fürpazzer. an. 1320. vulgo fürohin, imposterum daz er ditz guet auch Fürpazzer haben vnd niessen schul &c. Archiv. Mell. Tom. I. num. 109. fol. 588.

FLäNIZ. vide Nider Flänitz.

FLASLANSDORFF. a. 1178. Flazlinsdorff. an. 1254. modo Aschadorff, villa trans montem Meinhardi, oppido Wullerstorffensi propinqua, Monasterii Mellicensis.

FLEISCHESSEN. an. 1384. Quondam

dam pagus cis ſylvam Vindobonenſem, cuius coloni Monaſterio olim parebant.

FLINZBACH. an. 1358. Villa olim modica, cis nemus Cetium, ſub iurisdictione Rohrenſi, ubi Mellicenſe Monaſterium aliquot emphyteuſes olim habebat.

FLORENUS HUNGARICUS. an. 1438. vernacula lingua noſtra: Ein Hungariſcher gulden valet noſtrates undecim ſolidos, id eſt, unum florenum & tres ſolidos, Schilling. Ita acceptilatio ſeu quittantia in noſtro Archivo Mellicii Scrinio num. 114. ſub faſc. I. Quantum valeat ſolidus vide litt. S. ſolidus.

FREINGAU, & FREIGNINAU. anno 1328. Villa Monaſterio Mellicenſi vicina, ad ripam Danubii ſita, ſub dominio dicti Monaſterii.

FRIDAU. an. 1670. Caſtrum, quod rivus Pillach alluit, cis ſylvam Cetiam, Illuſtrisſimi & Excellentisſimi Domini Herculis Ludovici Marchionis de Priè.

FRIESING an. 1640. Arx cum tenui villa, cis nemus Vindobonenſe, dimidia leuca a civitate Hippolytana in ſeptentrionem abſcedens, Celſiſſimi Domini Joannis Leopoldi Donati Principis Trauthſon.

FRISING. an 1589. Caſtrum præaltæ rupi inſidens, iuxta arcem Goldegg, cis ſylvam Vindobonenſem, Celſisſimi Domini Joannis Leopoldi Donati Principis Trauthſon.

FROSCHDORFF, quod & Krottendorff appellatur. an. 1654. Caſtellum, trans ſylvam Cetiam, unica leuca Neoſtadio Viennenſi disſitum, Illuſtrisſimi Domini Joannis Erneſti Comitis iunioris de Hoyos.

FUKKING. an. 1413. Villa quondam modica, cis nemus Vindobonenſe, quæ haud amplius extat.

FURTH. an. 1540. Oppidum ad radicem montis Gottwicenſis ſitum, ſub dominio Monaſterii Gottwicenſis.

G.

GÄBLIZ. an. 1597. Tenuis villa Carthuſiæ Maurbacenſis cum omni iure ſubiecta, ad ſylvam Cetiam ſita.

GADEN. an. 1312. Villa nemoroſa infra urbem Badenam, Monaſterii Sanct-Crucenſis.

GAINFAHRN. vide Guinvam.

GAINDORFF. vide Gnandorff.

GALLBRUNN. an. 1628. Villa Vindobona quinque milliaribus in ortum abſcedens, Illuſtrisſimi Domini Franciſci Antonii Comitis de Abensperg & Traun.

GÄMNIKH. anno 1422. Modo Gäming, Carthuſia in Auſtria celeberrima, domus Throni B. Virginis dicta, ab Alberto II. vulgo *Contracto* ſeu Sapiente, qui Auſtriæ ab an. 1330. ad 1356. præfuit, fundata.

GÄMESDORFF. an. 1310. modo Gaunerstorff, cum parœcia Monaſterii Scotenſis Vindobonæ.

GÄNTZBACH. an. 1584. Oppidum caſtro Grabendorff propinquum, cis Sylvam Cetiam, cum parochia Monaſterii Gottwicenſis.

GARBESTORFF. an. 1648. Villa haud longe ab arce Goldegg remota, cis Sylvam Cetiam, Celſisſimi Domini Joannis Leopoldi Principis Trauthſon.

GÄRSCH. an. 1321. Arx perantiqua & inſignis cum oppido ad Kampum fluvium ſita, trans montem Meinhardi, Illuſtrisſimi Domini Franciſci Joſephi Lib. Baronis de Rumel.

GEBLING. anno 1300. Mons urbi Cremſenſi propinquus, plurimis vinetis conſitus, cis Meinhardi montem.

GEHENNINSIDELEN. anno 1120. Villa

Villa & filia parochialis Ecclesiæ Draskirchensis, vicinum sibi habens castrum Guettenstainense, trans nemus Vindobonense, sub dominio Illustrissimi Domini Philippi Josephi Comitis de Hoyos.

Geißlein. an. 1328. Nomen fœminæ in baptismate impositum.

GENSTRIBENDORFF. anno 1115. Gensterndorff. an. 1330. Modo Genserndorff. Villa in Marchiacis campis, cuius Dominus territorialis Illustrissimus Dominus Petrus Theodatus Lib. Baro de Walhorn.

ST. GEöRGEN. an. 1312. Villa tenuis castro Weitteneggensi contigua in læva Danubii e regione Cænobii Mellicensis. Eius Ecclesia Sancto Georgio sacra cum certis vineis est Monasterii Mellicensis.

GERHABENSTORFF. an. 1318. Modo Gererstorff, villa ad rivum Weytten dictum, castro Peggstall vicinum, cis montem Meinhardi.

GEROLTING. an. 1379. Modo Gereding, villa duabus leucis infra Mellicium posita, quæ cum loci parochia ad Carthusiam Aspacensem pertinet.

GERWEIG. an. 1334. Baptismale vocabulum mulieris.

GETTSTORFF, vide Gotzeinstorff.

GEVTE. an. 1321. Fœminæ nomen ex baptismate.

Gföll. an. 1618. Arx nobilis, cui adnexum est oppidum eiusdem nominis, uno milliari ab amne Kampio versus confinia Moraviæ remotum, cis montem Meinhardi, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Philippi Ludovici Comitis de Sinzendorff.

St. Gilgen Tag. an. 1367. dies S. Ægidii.

GLASPACH. an. 1351. Villa quondam intra fines parochiæ Külbensis, cis nemus Vindobonense, ubi Monasterium Mellicense aliquot emphyteuses olim habebat, quarum hodie nulla extat memoria.

GLEISS. an. 1589. Arx cum villa ad Ipsium fluvium sita, monti S. S. Trinitatis vulgari vocabulo Sontagberg appellato vicina, cis sylvam Cetiam, Illustrissimi Domini Philippi Comitis de Rosenberg.

GLINZENDORFF. an. 1599. Villa in Marchiacis campis, quam rivulus Ruspach præterfluit, subiacet Illustrissimo Domino Julio Francisco Xaverio Comiti de Hamilton.

GMINDT. an. 1615. Vrbecula cum castro, cis montem Meinhardi, est Illustrissimi Domini Joannis Adami minorennis Comitis Grundeman de Falkenberg.

GNANDORFF. an. 1294. trans montem Meinhardi, ubi olim Monasterium Mellicense aliquot colonos possidebat.

GOLDEGG. ann. 1302. Arx amœna clivo imposita, proxima castro Hocheneggensi, cis Vindobonensem Sylvam. Celsissimi Domini Joannis Leopoldi Donati Principis Trauthson.

GöLLERSTORFF. an. 1411. Castrum perelegans cum oppido trans montem Meinhardi, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Caroli Friderici Comitis a Schönborn Puechhaim.

GOTESCHALEHISDORFF. a. 1108. Modo Schallendorff. Villa castro Immendorff propinqua, trans montem Meinhardi, Illustrissimæ Dominæ Baronissæ viduæ de Hazenberg.

GOTTSTORFF. an. 1480. Villa ad Danubium sita, e regione Monasterii Seissenstainensis, cis montem Meinhardi, cuius parochialis & emphyteutica iurisdictio est Monasterii prædicti, territorialis, Illustris-

strissimi Domini Philippi Josephi Comitis de Hoyos.

GOTTWEICH. a. 1216. Modo Göttweig. Asceterium antiquitate & splendore in Austria celeberrimum, Sacræ Sedi Apostolicæ immediate subiectum, Ord. S. Benedicti, monti editissimo contra urbem Cremsensem decem supra Viennam milliaribus impositum. Hic olim a gentili populo Idolum Wik appellatum, quod adhuc inibi adservatur, adorabatur: unde & Monasterium nomen suum mutuari ferunt: Eius fundator fuit B. Altmannus Passaviensis Episcopus, qui id sub annum Domini 1076. introductis Canonicis Regularibus S. Augustini, Celsissimæ Virginis Deiparæ honoribus, dedicavit. Canonicis Regularibus anno 1094. Monachi Benedictini successere, qui ibidem hodieque perseverant. Hoc nobilissimum asceterium 13. Junii anno 1718. horribili incendio conflagravit. Ecclesia, Archivo, & Bibliotheca singulari Reverendissimi hodierni Perillustris & Amplissimi Domini Præsulis Godefridi Blessselii cura & vigilantia flammis erepta. Idem incendio deformatum Monasterium summo studio & providentia in formam longe elegantissimam & ad regulas architectonicas egregie exactum nunc redigere molitur, cui, ut supremam quamprimum manum feliciter imponat, boni omnes exoptant.

GOTZEINSTORFF. an. 1312. Gezestorff. an. 1419. Modo Gettstorff. Villa duobus milliaribus ab oppido Ravelspacensi dissita, trans montem Meinhardi, cuius Ecclesiæ ius patronatus Monasterium Mellicense respicit.

GRABERN vide Obergrabern, Mittergrabern, & Schöngrabern, trans montem Meinhardi.

GRABERN, Ober & Vntergrabern. an. 1584. Villa non procul ab arce Hocheneggensi distans, cis nemus Cetium, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

GRAFENDORFF & GREFENDORFF. an. 1287. Modo Grafadorff, villa oppido Stokeraviensi proxima, trans montem Meinhardi.

GRAFENEGG. an. 1587. Oppidum cum eleganti & munita arce ad dextram amnis Kampii in Danubium illabentis sita, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Wenceslai Adriani Comitis ab Engevorth.

GRAFENWöRTH. an. 1638. Villa castro Gravenegg vicina, trans montem Meinhardi, paret Canoniæ Türnstainensi.

GRANICHBERG. an. 1578. Castrum paucis milliaribus supra Neostadium Vindobonense situm, Illustrissimi Domini Caroli Josephi Comitis de Lamberg.

GRASPERCKH. anno 1316. Mons est una cum Sylva Mellicensi Monasterio propinquus, ditionis itidem Mellicensis.

GREILLENSTAIN. anno 1655. Castrum perelegans & munitum, amni Kampio adsitum, cis Meinhardi montem, Illustrissimi Domini Joannis Leopoldi de Kuefffstain.

GRESTEN. an. 1584. Castrum cum adiacente oppido, cis Sylvam Cetiam, Illustrissimi Domini Leopoldi Caroli Comitis de Zinzendorff.

GREVINDORFF. an. 1113. modo Gräfadorff. Oppidum proximum castro Fridau, cis nemus Vindobonense, ubi Monasterio Mellicensi a Sancto Leopoldo aliquot coloni attri-

attributi fuere, Illustrisſimi & Excellentisſimi Domini Herculis Ludovici Marchionis de Priè.

GRIENPüCHL. Vide Chniepüchl.

GRILLENBERG. an. 1265. Villa non procul a castro Hirnstain, trans nemus Cetium, una cum parœcia Monasterii Mellicensis.

GRIZENSTAIN & GRIZANESTETEN. an. 1115. Kroizenstain anno 1303. Modo Grizenstain. Castrum trans montem Meinhardi. In hac arce Dominus Dietericus de Pilichdorff officio Castellani an. 1303. perfungebatur.

GROSSA. an. 1362. Villa haud procul ab urbe Badena, in meridiem Vindobona quatuor milliaribus dissita, Illustrisſimi Domini Ferdinandi Gundakari Comitis de Dietrichstain.

GRUMPRECHTSVELDE. an. 1260. sub Aigenensi iurisdictione cis nemus Cetium, ubi Cœnobium Mellicense aliquot subditos sibi colonos habet.

GRUNT. an. 1108. & anno 1254. Villa trans montem Meinhardi, Illustrisſimæ Dominæ Bebeccæ viduæ Baronisſæ de Hazenberg.

GUETTENSTAIN. an. 1321. Castrum in rupe eminenti ad cuius radicem situm est oppidum eiusdem nomenclaturæ trans Sylvam Cetiam, Illustrisſimi Domini Philippi Josephi Comitis de Hoyos, cuius inclyta familia Monasterium Ord. Servorum B. V. Mariæ ibidem construxit. In hac arce obiit Fridericus Pulcher Rom. Imper. an. 1330.

GUINVARN. an. 1216. Convarn. an. 1311. Gansahrn. an. 1312. Guinfaren. an. 1388. Modo Gainfahrn. Oppidum haud longe a thermis Vindobonensibus, Illustrisſimi Domini Ferdinandi Gundakari Comitis de Dietrichstain.

GUMPOLTSKIRCHEN. an. 1312. Oppidum insigne sub statu contributionali civico, seu Archiducis: Vindobona in meridiem tribus leucis abscedens, ubi præstantisſima vina proveniunt, Augustisſimi mensæ inferri solita.

GUNDHARTISDORFF. anno 1108. Gundhartsdorff. an. 1367. modo Gunderstorff. Arx cum oppido eiusdem appellationis ad rivum Bulkam sita, cis montem Meinhardi, Perillustris Domini Richardi Francisci Nobilis de Ludwigstorff.

GUNDERSDORFF. an. 1381. Modo Gundramstorff. Oppidum Archiducale haud procul ab amne Schwechat dissitum, trans Sylvam Cetiam.

GWANTEN. an. 1453. Austriacis nostris. Ein Joch. Jugerum. Archiv. Mell. Tom. IV. Num. 308. fol. 917.

H,

HADERSFELD. anno 1621. Villa eleganti & munita arce conspicua, in vicinia collegii Ducumburgensis, est sub ditione Illustrisſimi Domini Joannis Baptistæ Lib. Baronis Bortollotti de Partenfeld.

HADERSTORFF. an 1598. Oppidum Archiducale amplum & elegans ad Campium fluvium, trans montem Meinhardi.

HADEINNEWSIDL. vide Gehen Neüsidl.

HADMANSTORFF. an. 1437. Olim villa cis nemus Vindobonense, cuius notitiam hodie ex solis Mellicensibus MM. SS. habemus.

HADWARTISTORFF. an. 1120. Unterwalterstorff. an. 1470. Castrum nobile & elegans fluvio Leithæ propinquum, quinque fere milliaribus Vienna in ortum recedens, Illustrisſimorum Dominorum Juniorum Comitum de Gavriani.

HADWARTISTORFF. an. 1120. Olim pagus intra rivos Liesting & Piesting, ac parœciales terminos Draskirchen situs, trans Sylvam Cetiam, fortean iniuria deletus.

HAFNERBACH. an. 1311. Oppidum amœno situ, haud procul ab arce Hocheneggensi distat, cis Vindobonensem Sylvam, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

HAGINGRŎBE. an. 1056. Prædium quondam in campis Marchiacis, & terminis Weikendorffensis parochiæ, nunc locus ignotus, & solo æquatus.

HAID. an. 1278. Quondam villa intra limites parochiæ Schönkirchensis, castro Schönkirchensi confinis, trans montem Meinhardi, cuius nunc nullum vestigium extat.

HAINDORFF. an. 1231. Villa cis nemus Cetium, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi de Montecuccoli, ius vero patronatus huius Ecclesiæ, Exempti Monasterii Gottwicensis.

HAINDORFF. an. 1660. Castrum pervetustum amni Kampio propinquum, cis montem Meinhardi, est una cum villa cognomini sub ditione Illustrissimi Domini Joannis Adami Comitis minorennis Grundeman de Falkenberg.

HAINRICHSTAIN vide Haunoldstain.

HAMADORFF. an. 1498. Pagus castro Ranna contiguus, cis montem Meinhardi, Monasterii Rannensis Ord. S. Pauli primi Eremitæ.

HANIFLANDT. an. 1367. Olim villa intra parochiales fines Ecclesiæ in Gainfahrn, cuius loco saltus ibidem existens hoc nomen nunc obtinet, trans Sylvam Cetiam, in confinio urbis Badenæ.

HANIFTAL, an. 1620. Villula urbeculæ Laa proxima, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Francisci Eusebii Comitis de Trauthson.

HARD. an. 1310. Quondam tenuis villa in Weyttenensi parochia sita, cis montem Meinhardi, cuius modo nullum vestigium extat.

HÄRINGSEE. an. 1594. Pagus non procul ab antiqua arce Ekhartsavitensi dissitus, in Marchiacis campis, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Ferdinandi Francisci Comitis Kinskhi.

HARRAS. an. 1390. Villa trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Conradi Comitis de Hardegg & in Machland.

HASENDORFF. an. 1621. Villa munita arce instructa, cis Sylvam Cetiam, Canoniæ Claustro-Neoburgensis.

HASLAV. an. 1628. Villa ad dextrum Danubii littus posita, trans nemus Vindobonense, Illustrissimi Domini Antonii Comitis de Abensperg & Traun.

HAVGSTORFF. an. 1319. Villa commoda & elegans amni Bulkkæ adiacens, sub monte Meinhardi, fundationi Kirchbergianæ attributa. Memorata Fundatio annis superioribus præsentis seculi erecta ab Illustrissima Domina Francisca Polixena Baronissa de Kirchberg, natæ Baronissæ de Schönesschal: ex cuius proventibus nobiles aliquot Austriaci Iuvenes liberaliter sustentantur, variis nobilium exercitiis Vindobonæ imbuendi. Eius protectio est penes Augustissimum, administratio vero penes Dicasterium Provinciale Austriæ Inferioris. Ibidem antiqua murorum rudera conspicienda se offerunt, quæ indicio esse queant, permuni-

tam eo loci arcem quondam stetisse. Ferunt locum a Suecis fuisse eversum, quod idoneis testimoniis destitutus confirmare non ausim. Illud certum, a colonis & viniculis ex adsitis vineis & agris ossa mortuorum hominum quam plurima passim iam eruta fuisse, atque etiamnum erui: ut non temere suspicari quis possit, atrox fortassis isthinc prœlium, in quo ingens hominum clades evenit, quodam tempore gestum fuisse.

HAVNOLDSTAIN. an. 1321. corrupto modo nomine Heinrichstain. Villa contermina nobili arci Hocheneggensi, cis nemus Cetium Vindobonense, Illustrissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

HAVSEGG. vide Nidernhausegg.

HAVSHAIMB. an. 1454. Villa oppido Welblingensi propinqua, cis Sylvam Cetiam, quam cum certa obligatione donat Monasterio Mellicensi anno 1470. Dominus Joannes Hoffmüller parochus quondam in Grillenberg, cuius epitaphium in veteri Ecclesia nostra Mellicensi tale legebatur: Anno Domini M. CCCC. LXXXV. in die S. Lucæ obiit Venerabilis vir Dominus Johannes Hofmiller de Weytra Magister chori ad S. Stephanum in Wienna confrater noster hic sepultus, cuius anima requiescat in Sancta pace Amen.

HAVSKIRCHEN. an. 1652. Villa eleganti arce ornata, secundo lapide a Castro Rabenspurgensi remota, trans Meinhardi montem, paret Celsissimo Domino Floriano Antonio Principi de Liechtenstain.

HäXENOëDT. an. 1498. Villa tenuis intra terminos parœciæ Külbensis, cis nemus Vindobonense, cuius coloni ditionis Monasterii Mellicensis sunt.

HEDRENSTORFF. an. 1359. Quondam pagus in parochiali territorio Ecclesiæ Draskirchensis, locus modo incognitus.

HEILLIGEN STATT. an. 1419. Vrbecula una supra Vindobonam leuca, cum parochiali & temporali iurisdictione Collegii Claustro-Neoburgensis.

HEILLING CREVZ. vide litt. C.

HELLDOLFS. an. 1301. nunc Hölles, modica villa castro Enzersfeldensi proxima, trans nemus Vindobonense, Celsissimæ Dominæ Mariæ Antoniæ Josephæ Principis de Montecuccoli natæ Comitis de Colleredo.

HENESTORFF. vide Hönesdorff.

HEPFFENDORFF. an. 1318. Quondam tenuis villa intra parœcianos terminos Ecclesiæ Mellicensis, cuius hodie nullum habetur vestigium.

HEPHSTETTEN. an. 1270. Villa sub Alhartsdorffensi iurisdictione, cis nemus Cetium, olim Monasterii Mellicensis.

HERMAT an. 1380. Modo Hebetendorff, castellum urbi Ipsensi vicinum, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Sigismundi Conradi Comitis de Stahrnberg.

HERSTETTEN a. 1346. Hertstetten. an. 1460. Hierschstetten. an. 1540. Modo Hirstetten. Villa exigua vetustissima arce instructa, in campis Marchiacis, uno circiter lapide Vindobona in Orientem remota, ubi diruta veteri arce Celsissimus Dominus Adamus Franciscus Princeps de Schwarzenberg magnificum & nobilissimum palatium nunc molitur.

HERZOGENBVRGA. an. 1312. latine Ducumburgum, insigne Collegium Can. Reg. Ord. S. Augustini, nunc ad lævam amnis Trasenæ situm

situm. Oppidum cognomine Canoniæ adiunctum partim Canonicis Ducumburgensibus, partim Benedictinis Formbacensibus in Bavaria paret. Primum hæc Canonia fundata fuit ab Vlrico seu Vdalrico Comite ab Hefft, Episcopo Passaviensi in insula Danubiana, anno Domini 1112. S. Georgio Mart. Sacra. Plura de eadem vide apud Bruschium Chron. Monast. Germ. Cent. II. pag. 181. Singularia sunt, & notatu digna, quæ de Monasterio Ducumburgensi refert Angelus Rumplerus historiæ Formbacensis lib. III. Col. 476. & seqq. apud P. Bernardum Pezium Tom. I. Thes. Noviss. Anecd. quem vide. Novissimam loci structuram singulari industria & prudentia aggressus est Reverendissimus & Perillustris Dominus Præpositus Wilhelmus de Schmerling, qui tamen ultra extructionem Præpositura sane magnificam & elegantem progressus non est, defunctus anno 1721.

HEZMANSTORFF. an. 1314. Villa Wullerstorffensi oppido propinqua, trans montem Meinhardi, Exempti Monasterii Gottwicensis Ord. S. Bened.

HIETENBERG. anno 1379. modo Hüttenberg, vicus exiguus castro Enzesveldensi vicinalis, intra fines parœciæ Leoberstorffensis, trans nemus Vindobonense, Celsissimæ Dominæ Mariæ Antoniæ Josephæ Principis de Montecuccoli natæ Comitis de Colleredo.

HIETTLDORFF. anno 1648. Villa uno a Vindobonensi urbe lapide remota, Cameræ Archiducalis.

HIEZING. an. 1640. Villa una hora Vienna absens, una cum parœcia antiquissimi Collegii Claustroneoburgensis, de cuius Ecclesiæ prodigiosa icone plurimum Reverendus & Clarissimus Dominus Augustinus Ristl Canonicus Claustroneoburgensis S S. Theologiæ Doct. laudatissimum & pietate plenum opusculum lingua vernacula nuper edidit, hoc titulo: Wunder und andacht von- und zu den Marianischen Gnaden-Bild zu Hiezing in Unter-Oesterreich, quem locum describit §. I. fol. 19. Hiezing ein orth in Unter-Oesterreich, von Wienn ein Stundt, nächst an den Kayserlichen Lustgebau Schönbrun ꝛc. Wer zu disen Märiänischen Tempel den Grundtstein gelegt, ist nit bekant: Doch ist es gar gewis, das von selber zeit her viel sæcula schon verflossen. Anno 1253. ist dises Hiezingische Gottshaus von dem Teutschen Ritter orden, dessen dazumahl durch Oesterreich und Steyrmarkh Commendator Ortolfus von Dräskirchen an das Fürstliche S. Leopoldi Stüfft Closterneuburg Deren Chorherrn S. Augustini, welchen dazumahl Conradus der XIV. an der zahl, Hochwürdiger Probst vorstunde, durch beederseiths ordentlich aufgerichten Contract oder Vertrag mit allen rechten auf ewig gekhomen, denselben vereinigt, und einverleibt worden. Hactenus præfatus Augustinus Ristl.

HÜRBLINGEN. an. 1346. Olim pagus intra parochiales Egenburgenses terminos consistens, cis montem Meinhardi, nunc omnino ignotus.

HÜRMB. an. 1384. Villa cum parochia cis nemus Cetium, sub iurisdictione Collegii Sanct-Hippolytani.

HIRNSTAIN. an. 1596. Castrum nimia vetustate penitus collapsum adiuncta villa, trans sylvam Vindobonensem, Illustrissimi Domini

Christophori Caroli Comitis de Heissenstain. Jus patronatus loci Ecclesiæ habet Monasterium Neubergense in Styria Exempti Ord. Cisterc.

HIRSCHBERG. an. 1231. Mons nemorosus & saltus Mellicio propinquus, cis sylvam Cetiam, Monasterii Mellicensis.

HOCHAV. an. 1482. Villa tenuis secundo ab urbe Viennensi lapide versus orientem sita, Illustrissimi Domini Josephi Lib. Baronis de Waffenburg.

HOCHENAV. an. 1669. Oppidum dimidia circiter leuca ab arce Rabenspurgensi dissitum, trans montem Meinhardi, Moraviæ solo contiguum, ubi ex ingenti veterum lapidum acervo vetustissimi quondam castri indicia conspiciuntur, Celsissimi Domini Floriani Antonii Principis de Liechtenstain.

HOCHENBERG. an. 1662. Arx antiquissima, ruina nunc collapsa, cis montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Philippi Josephi Comitis de Hoyos.

HOCHENEGG. an. 1318. Arx elegans & munita edito colli insistens, ex qua in circumadiacentem regionem iucundissimus prospectus patet, cis nemus Cetium, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

HOCHENRVEPERSTORFF. anno 1598. Oppidum Archiducale, trans montem Meinhardi.

HOCHENWARTH. a. 1330. Oppidum elegans arci Mülbacensi contermінum, trans montem Meinhardi.

HOFF. an. 1589. Oppidum eleganti & commoda arce instructum, ad fluvium Moravam situm trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Joannis Alberti Comitis de Sancto Juliano.

HöFLEIN. an. 1588. Frequens villa & ampla, haud procul ab Archiducali urbe Rötz dissita, trans Meinhardi montem, Illustrissimi Domini Constantini Josephi Comitis de Gatterburg.

HöFLEIN. an. 1628. Oppidum uno circiter lapide a civitate Bruggensi, trans Sylvam Vindobonensem, remotum, Illustrissimi Domini Francisci Antonii Comitis de Abensperg & Traun.

HOFFSTETTEN. anno 1598. Oppidum castro Mainbergensi adsitum, cis nemus Vindobonense, Celsissimæ Dominæ Mariæ Edmundæ Teresiæ Principis viduæ de Liechtenstain.

HOFFSTETTEN. an. 1367. Olim villa prope Gainfahrn, urbi Badenæ propinqua, modo solo æquata.

HOLLEILSDORFF. an. 1108. Holabrune. an. 1256. Modo Oberhollabrun. Oppidum Ecclesia parochiali, & Monasterio PP. Capucinorum decoratum, trans Meinhardi montem, Illustrissimi Domini Ferdinandi Gundakari Comitis de Dietrichstain.

HöLLES. vide Helldolffs.

HOLLNBVRG. an. 1499. Castrum cum oppido ad dextram ripam Danubii situm cis nemus Cetium, Episcopatus Frisingensis.

HöNESDORFF. an. 1363. Modo Möllerstorff. vide Möllerstorff.

HöNIGSPERG. an. 1498. Villa tenuis, cis Sylvam Vindobonensem, Illustissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

HORBRVK. an. 1314. Olim pagus ad rivum Mölk situs, quem modo nusquam reperias.

HORN. anno 1594. Civitas cum eleganti arce amœno loco sita, novem milliaribus Vindobona distans

distans, ad Moraviam accedit, cis montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Philippi Josephi Comitis de Hoyos. Præter parochialem Ecclesiam, quæ ab Altenburgensibus Benedictinis curatur, visitur ibidem collegium R R. Patrum piarum scholarum.

HVNGERBACH. an. 1387. Coloni in iurisdictione, Aigenensi, Monasterii Mellicensis, cis nemus Cetium.

HVNTISHEIM. anno 1120. Modo Huntsheim, Oppidum dextro delabentis Danubii lateri insidens, Haimburgensi urbi vicinale, trans Sylvam Vindobonensem.

S. HYPPOLYTI COLLEGIUM. vide litt. P. St. Pölten.

I.

JASENEGG. vide Jeznik.

JAVRLING. vide Jeurling.

IBSA. an. 1313. Modo Ipsium, vulgo Ybbs. Vrbs Archiducalis admodum vetusta, ad citeriorem Danubii ripam posita, quæ quibusdam eruditis videtur locus ille Veteris Norici Ripensis, qui in Tabula Peutingeriana *ad pontem Isidis* scribitur. Vitus Arnpekhius in Chron. Boior. scribit hanc urbem fuisse conditam a S. Henrico Imperatore, sed errat non minus in indicandis eius incunabulis, quam in eo, quod ibidem tradat Henricum I. Marchionem Austriæ falso cognomento *Rebellem*, ab eodem Imperatore in Mellico in ordinem fuisse redactum. Vide dissertat. V. procœmialem Tom. I. Scriptorum rer. Austriac. apud P. Hierony. Pezium. Extra muros Ipsenses R R. P P. Franciscani Monasterium habent, ad S. Spiritum appellatum, quod olim erat Sanctimonialium Cisterciensium, ab Vrbano & Casparo Abbatibus Mellicensibus seculo XVI administratum.

IBBSIZ seu OYSIZ. an. 1586. Oppidum elegans & frequens, cis Sylvam Vindobonensem, cum parochiali & temporali iure Monasterii Seittenstadiensis Ord. S. Benedicti.

IDVNGSPEVGEN. an. 1297. Modo Idenspoigen, castrum in edita rupe positum cum adsita villa, in Marchiacis campis, Illustrissimi Domini Heinrici Comitis de Kollonitsch.

JEVCHING. a. 1303. Modo Joching, quo nomine iam anno 1340. & 1489. appellabatur, villa cum castello pervetusto ad lævam Danubii, cis Meinhardi montem, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Sigismundi Conradi Comitis de Stahrnberg.

JEVRLING. a. 1389. Modo Jaurling, mons peraltus, qui amœnis saltibus, pratis, & villulis, ambitur, ad sinistram Danubii, cis Meinhardi montem positus, sub diversis dominiis.

JEZENICK. an. 1278. Jesenigg. an. 1385. Modo Jasenegg, villa tenuis, cis Sylvam Cetiam, ubi quondam Monasterium Mellicense duos colonos habuit.

JEZELSTORFF. vide Philinsdorff.

IMBACH. vide Minnpach.

Imme mein Tochter. an. 1338. vocabulum baptismale mulieris.

IMMINBRVKKE. Prædium ann. 1115. in Marchiacis campis, intra terminos parochialis Ecclesiæ Weikendorffensis, cuius memoria in solis nostris antiquis MM. S S. Mellicensibus conservatur.

IMMINDORFF. an. 1108. Imendorff. an. 1314. Castrum perquam elegans, amplissimo horto instructum, Wullerstorffensi oppido

 pro-

propinquum, ſub ditione Illuſtriſſimæ Dominæ Johannæ Baroniſſæ ab Häzenberg.

INGELSTAIN. an. 1638. Arx cum villula eiusdem nominis, ab urbe Weitra una leuca abſens, cis montem Meinhardi Illuſtriſſimi Domini Joannis Adami Comitis Grundeman de Falkenberg.

INNING. anno 1339. Villa modica in parœcia Hirmenſi, uno circiter lapide a nobiliſſima arce Schallaburgenſi in meridiem abſcedens, cis Sylvam Vindobonenſem, Illuſtriſſimi Domini Julii Comitis Kletzl ab Altenach.

INZERSTORFF. an. 1351. Villa cum caſtello prope rivum Inſelspach ad radicem montis Vindobonenſis, Illuſtriſſimæ Dominæ viduæ Roſamundæ Franciſcæ Baroniſſæ de Königsagger.

JOCHING. vide Jeuching.

ISPER. an. 1599. Oppidum ad rivum cognominem ſitum, cis montem Meinhardi, Illuſtriſſimi Domini Philippi Joſephi Comitis de Hoyos.

JUDENAU. an. 1579. Oppidum cum caſtro civitati Tulnenſi vicinum, cis nemus Cetium, Celſiſſimæ Dominæ Mariæ Edmundæ Tereſiæ viduæ Principis de Liechtenſtain.

K.

KÄDOLTZ. vide Chadolz.

KÄLLÄDORFF. vide Chelechendorff.

KALLENBERG. an. 1360. Mons Cetius, qui uno ſuper Vindobonam lapide a Danubio incipiens, per Stiriam Carinthiamque longiſſime protenditur. S. Leopoldum Auſtriæ Marchionem ſedem ſuam ibidem habuiſſe tradunt Tabulæ Clauſtro-Neoburgenſes, & ex iis Vitus Arnpeckhius in Chronico Auſtriæ apud P. Hieronymum Pezium Tom. I. Script. Rer. Auſtri. Haud procul a memorata S. Leopoldi Regia elegans Camaldulenſium Eremitarum Cœnobium viſitur, in quod ex urbe Viennenſi iucundus admodum proſpectus patet. Cæterum is montis Cetii tractus pleno iure ad Canonicos Regulares Clauſtro-Neoburgenſes pertinet.

KALTENGANG. vide Chaltingange.

KÄRNERPRUNN. an. 1589. Caſtrum munitum cum villa trans montem Meinhardi, Illuſtriſſimæ Dominæ Eſdræ Comitis de Olgylvi, natæ Comitis de Bucelleni.

KAYA. an. 1620. Arx pervetuſta & deſerta ſolo nemoroſo ſita, cui adiunctum molendinum, cis montem Meinhardi, Illuſtriſſimi Domini Franciſci Euſebii Comitis de Trauthſon.

KEMELPACH. an. 1598. Caſtellum cum oppido ad Ibiſſam ſeu Ipſam fluvium, Perilluſtrium Juniorum Dominorum Nobilium de Gabelhofen.

KEMETEN. an. 1531. Villa tenuis ad eundem fluvium, & radicem montis SS. Trinitatis ſita, cis Sylvam Cetiam, ſub ditione Epiſcopatus Friſingenſis.

KÜLB. vide Chiuliube, lit. C.

KIRBERG. an. 1542. Caſtellum cum paucis ibidem colonis, cis Sylvam Cetiam, ſub Præpoſitura Cathedralis Eccleſiæ Vindobonenſis.

KIRCHBERG. an. 1638. Kirchberg am wald dictum. Elegans cum adiuncto oppido caſtrum Archiducali urbi Zwetl finitimum, cis Meinhardi montem, quod paret Illuſtriſſimo Domino Joanni Leopoldo Comiti de Kueffſtain.

KLEIN KORHOLZ, vide lit. C. Cadoltismarchat.

KLEIN

KLEIN STÖTTLDORFF. vid. lit. S. Stöttldorff.

KNECHTLEINSTORFF. vide lit. C. Chnetestorff.

KNIEPüCHL, vide Chniepuchl.

KöLBERHARDT. an. 1472. Castrum amœnis collibus & pratis incinctum, non procul ab oppido Sancti Leonardi, cis nemus Cetium, Perillustris Domini Francisci Ignatii Nobilis de Albrechtsburg.

KOLLMINZ. an. 1598. Arx castrum Rapps contingens, trans montem Meinhardi, Perillustris Domini Ferdinandi Nobilis de Guarient & Raal.

KOPFFSTALL. vide Chophstalle.

KOTTENREÜTH. vide Chottenreüth.

KOTTES. an. 1589. Oppidum cum parochia Monasterii Gottwicensis, trans montem Meinhardi.

KOTTINGPRVNN. vide Prun bey Leoberstorff.

KRANABERG. vide Granichberg.

KRIEGBERG. an. 1640. Villa ad castrum Goldegg pertinens, cis Sylvam Vindobonensem. Domini Joannis Leopoldi Principis Trauthson.

KRIZENSTAIN. vide Grizanstein.

KROISSENBRVN. vide Chressinbrunen.

KRVMNVSPAVM. an. 1579. Villa ad littus Danubii posita, cis nemus Cetium, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Sigismundi Conradi Comitis de Stahrnberg,

L.

Laa. an. 1544. Castrum elegans, una & dimidia leuca Vindobona in orientem dissitum, cum adiacente villa cognomini, utrumque subiectum est dominio Perillustris Domini Alberti Leopoldi Nobilis de Schmerling.

Laa. an. 1527. Amplissima villa ad Vindobonensis montis radicem sita, Vindobona uno lapide remota, sub dominio Illustrissimi & Excellentissimi Domini Sigismundi Conradi Comitis de Stahrnberg.

Laa & Laab. an. 1410. Civitas perquam munita & amne Teya incincta, in Austriæ Moraviæque confiniis, trans montem Meinhardi sita, Illustrissimi Domini Francisci Eusebii Comitis de Trauthson. Hæc civitas Joanni Regi Bohemiæ oppigneratur anno 1323. Ab Ottone Duce Austriæ obsidetur a. 1331. A Socolio Bohemo capitur an. 1407. Pecunia redimitur ab Austriacis anno 1407.

LACH. an. 1310. Villa cis montem Meinhardi, in cuius Ecclesia imago Deiparæ Virginis plurimis prodigiis illustris a peregrinante populo colitur, Illustrissimi Domini Ferdinandi Gundakari Comitis de Dietrichstain, Jus patronatus ibidem Collegiata Ecclesia Canonicorum in Vilzhofen exercet.

LADENDORFF. an. 1324. Nobilis arx, quæ una cum subditis quondam sub dominio Mellicensis Monasterii erat, trans montem Meinhardi, castro Pästorff & oppido Mistlbach propinqua, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Wirici Laurentii Comitis de Dhaun.

LAITERECK. an. 1380. Pagus cis Sylvam Vindobonensem, cuius coloni ad prædium in Zedlmaringen, modo Aigen, pertinent, estque Monasterii Mellicensis.

LANDFRIDSTETTEN. anno 1113. Lemfridstetten. anno 1250. hodie vulgo Lämplstetten, cis nemus Vindobonense. Hoc prædium cum omnibus suis colonis S. Leopoldus Monasterio Mellicensi an. 1113. donavit.

LANDSIDLBACH. a. 1318. Quondam villa

villa sub iurisdictione Mellicensi, castro Plankenstain adsita, cis Sylvam Cetiam, cuius modo nullum vestigium extat.

LANEUS. an. 1280. Emphyteusis, Ein Paurn- oder Peüttlleheu. *Item in Chuslag sex lanei & una area, a quolibet laneo serviuntur in die B. Cholomanni 60. denarii.* Ita passim urbaria Mellicensia de hoc & seqq. seculis.

LANGENLOIS. an. 1518. Oppidum insigne, frequens & amplum sub statu contributionali civico, quod ab urbe Cremsensi secundo milliario abest.

LÄNZING. an. 1315. Quondam pagus cis Sylvam Cetiam, cuius memoria in solis MM. SS. monumentis Mellicensibus extat.

LAUCHSE. an. 1232. Modo Lassee, ampla villa & frequens in Marchiacis campis, cuius proventibus Xenodochium aulicum Viennæ fruitur, parœcia ibidem Monasterio Mellicensi unita est.

LAXENDORFF. an. 1320. & a. 1407. Modo Laxenburg Cæsarum palatium magnificentissimum vernalibusque feriis destinatum, ad lævam amnis Schwechat in Danubium delabentis, Vindobona secundo milliario distans. Originem suam debet Alberto III. cognomento *cum Trica*, qui ab an. 1365. ad 1395. Austriæ habenas sapientissimi moderatus est.

LEESTORFF. an. 1312. Castrum elegans & probe munitum cum villa, quatuor milliaribus Vindobona in meridiem recedens, urbique Badensi vicinum, ditionis quoque Monasterii Mellicensis. Id modernus Reverendissimus Dominus Præsul in elegantiorem commodioremque formam abhinc tres annos reduxit, ac pluribus habitaculis auxit.

LEIBEN vide Leiden.

LEIBENSDORFF. an. 1120. Leubatsdorff. an. 1216. Leubesdorff. an. 1388. Modo Loiberstorff, Neostadio Vindobonensi duabus leucis distat, iuris Celsissimæ Dominæ Mariæ Antoniæ Josephæ Principis de Montecuccoli, natæ Comitis de Colleredo.

LEIDEN. an. 1282. Leiden. an. 1308. Modo Leiben, arx elegans & pervetusta, cis montem Meinhardi, quam decimo tertio seculo familia de Leiden possidebat, Illustrissimi Domini Francisci Wenceslai Comitis de Sinzendorff. Hæc anno 1402. destructa legitur in veteri Chronico Mellicensi Tom. I. script. Rer. Austr.

LEMPACH, vide Limpach.

LENGVELD. a. 1312. Modo Lengenfeldt, olim oppidum, nunc villa cis montem Meinhardi, Collegii PP. Societ. Jesu Cremensis.

LENTHERSDORFF. an. 1268. Modo Landerstorff villa Cremsio adsita, ex meris fere curiis decimalibus constans.

S. LEONHART. an. 1265. vulgo *Sanct Leonhardt in Vorst*, castrum cum oppido cis Sylvam Cetiam, Illustrissimi Domini Wolffgangi Honorii Comitis ab Auersperg.

LERCHFELD. an. 1373. Ager seu districtus suburbii Viennensis sub territoriali iurisdictione Monasterii Scotensis Viennæ.

LEUBMANSTORFF. an. 1332. Modo Loiperstorff villa cum castro in campis Marchiacis ad rivum Ruspach, trans montem Meinhardi, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Comitis de Welz.

LEUTSTORFF. an. 1240. Cuius coloni

coloni prædio Zedlmaringensi, quod iuris est Monasterii Mellicensis, uniti sunt, cis nemus Vindobonense.

LEUTZBACH. an. 1314. Villa in parochia Hirmbensi, cuius subditi ad prædium in Zedlmaringen pertinent, cis Sylvam Cetiam itidem iuris Monasterii Mellicensis.

LIBRA denariorum monetæ Wiennensis. an. 1318. idem valet ac modernus florenus, vulgo Ein Gülden.

LIECHTENSTAIN. an. 1427. Arx vetustissima secundo infra Vindobonam lapide, Illustrissimi Domini Josephi Lib. Baronis de Waffenburg.

LIESTING & PIESTING, vide Driesnik, & Presnik.

LILIENFELD. an. 1283. Campililum, seu Campus liliorum, Monasterium Cisterciense, a Leopoldo VII. Austriæ Duce, cognomento *Glorioso* anno 1206. fundatum, in quo & idem Dux una cum Margaretha filia sua, quæ primum Henrico Regi Friderici II. Imp. filio, dein Ottocaro Bohemiæ Regi nupta fuit, sepultus iacet.

LINDABRUN. an. 1378. Villa exigua arci Enzersveldensi proxima, trans sylvam Vindobonensem, Celsissimæ Dominæ Mariæ Antoniæ Josephæ Principis de Montecuccoli, natæ Comitis de Coleredo.

LINGBERG. an. 1567. modo Limberg. Arx urbeculæ Meissau proxima trans montem Meinhardi, Perillustris Domini Richardi Francisci Nobilis de Ludwigstorff.

LINGPACH. an. 1312. Modo Lempach arx perquam vetusta & elegans, editiori colli imposita, in sylva Cetia, cum oppido, Illustrissimi Domini Joannis Pauli Lib. Baronis Borthollotti de Partenfeld.

LOIA, sive Mülberg. an. 1201. Saltus antiquissimo Castro Persenpeug vicinus, quem præterfluit rivus, Tumenich & Luchderwe dictus, cis montem Meinhardi, Monasterii Mellicensis.

LOIBEN. in der Wochau. vide Ober- & Unter-Loiben. litt. O.

LOIBERSTORFF. vide Leibenstorff.

LOIBERSTORFF. an. 1599. Pagus ad ripam Danubii situs, in campis Marchiacis, ubi ab Illustrissimo Domino Joanne Alberto Comite de S. Juliano nova Ecclesia excitatur.

LOOSTORFF. an. 1501. Oppidum mediocre amænoque loco situm, abest Mellicio uno milliari, paretque Illustrissimo Domino Julio Comiti Klezl de Altenach.

LUCHTERWE. an. 1201. Rivus nemorosum montem Loiam alluens, arcemque Persenpeug propinquus, cis montem Meinhardi.

M.

MAERHLE. an 1056. Ex quo natum vetus Marichekk an. 1334. hodie Marchekum, vulgo *Maregg*, civitas quidem exigua, sed perveteri arce probe munita, in campis Marchiacis, Morava fluvio medio ab Hungaria superiori dirempta: Paret Illustrissimo & Excellentissimo Comiti Nicolao Palfi: Palatino regni Hungariæ. Loci huius parœcia olim iuris erat Monasterii Mellicensis. An. 1268. Ottocarus Rex Bohemiæ dictam civitatem Marchekum, in signum victoriæ ab Hungaris reportatæ, condidit.

MAILBERG, vide Mouringperghe.

MAINBERG. an. 1569. Castrum arci Rabenstainensi vicinum, quo etiam pertinet adiacens oppidum Hoffstetten, cis nemus Vindobonense, Celsissimæ Dominæ Mariæ Edmun-

Edmundæ Teresiæ viduæ Principis de Liechtenstain.

MAINHARTSDORFF. vide Marchartsdorff.

MäNK. an. 1323. Villa cis sylvam Cetiam, cum parœciana jurisdictione Canoniæ Regularis S. August. ad S. Hippolytum, quam maxime nobilitat Dei Genitricis Virginis miraculis claræ sacrarium, plurimis accolarum supplicationibus frequentatum.

MANSWERTH. an. 1312. Villa frequens & ampla Anchiducalis, ad dextrum Danubii littus, Vindobona uno circiter milliari in orientem solem remota.

MARAHE. an. 1115. Marus, Marchia seu Morava, vulgo die March, fluvius variis piscium generibus abundans, qui in Moravia ortus, eamque intersecans, ac Austriam Transdanubianam ab Hungaria superiore dividens, ex adverbo Vrbis Haimburgensis in Danubiam devolvitur.

MARABOTINVS. an. 1371. Valet tres florenos in auro, seu unum aureum, quem in hodiernum usque diem Monasterium Mellicense in signum immediatæ subjectionis & exemtionis ab Ordinario, pro annuo censu cameræ Apostolicæ pendit. Ita originariæ quittantiæ in Archivo nostro Mell. de an. 1371. sub. scrin. 4. fasc. 3. & 4.

MARBACH. an. 1598. Oppidum in septentrionali Danubii ripa situm, ad radicem præalti montis, cui insignis Ecclesia B. Mariæ Virginis ad Tabellas Marianas vulgo Maria Täfferl dicta insistit, ad quam non ex Austria solum, sed etiam ex finitimis regionibus religionis & voti causa peregrini quam plurimi conveniunt. Hæc Ecclesia a Presbyteris sæcularibus administrata subest Episcopo Passaviensi; Oppidum vero Marbach Illustrissimo & Excellentissimo Domino Sigismundo Conrado Comiti de Stahrnberg.

MARCHARTSDORFF. an. 1308. Mainhartsdorff, an. 1322. modo Männerstorff villa in Marchiacis ampis, Illustrissimæ Comitis Domicellæ de Sallaburg.

MARCHWARTISDORFF. an. 1108. Marchartzdorff. an. 1319. Modo Markerztorff, villa amni Pulkæ adsita, intra parochiales limites parochiæ Haugstorffensis, transmontem Meinhardi, Illustrissimo Domino Conrado Comiti de Hardegg, Glaz & in Machland subjecta.

MARGGRAFEN Neusidl. an. 1598. Villa in campis Marchiacis, in qua magna & quadrata turris muro vallata conspicitur arcendis hostibus probe deserviens, paret Monasterio PP. Prædicatorum Viennæ *ad S. Mariam rotundam* appellato.

Maria Cell in Oesterreich. a. 1443. Monasterium Benedictinum, quod peramœnis collibus saltibusque incinctum quinque Vindobona milliaribus abest. Eius fundatores duo fratres Heinricus & Rapoto, e familia Comitum Swarzenburgensium extitere, qui eiusdem loci fundamenta anno 1136. fundum suppeditante S. Leopoldo, posuerunt. Anno 1250. die S. Jacobo sacra a Cumanis & Hungaris flammis absumptum fuit, ut dicitur in Veteri Chronico Claustro-Neoburgensi. Idem subinde reparatum an. 1259. Otto Passaviensis Episcopus consecravit, teste laudato Chronico.

MARKERSTORFF. vide Ober-Markerstorff.

MARKERSTORFF. an. 1584. Villa cis sylvam Cetiam, sub jurisdictione Exempti

Exemti Monasterii Gottwicensis Ord. S. Bened.

MARTINSBERG. vide Mertinsdorff.

MASPACH. vide Aspach.

Matz. an. 1319. Magdalena.

MAVR. an. 1312. Villa uno circiter milliari Mellicio remota, cis nemus Cetium, ubi Monasterium Mellicense potiorem jurisdictionem, Monasterium vero Gottwicense parochiale jus possidet. In hoc pago D. Gothalmus peregrinus obiit sub initium sæculi undecimi.

MAVR. an. 1648. Pagus amplus optimis vinetis incinctus, infra Vindobonam duabus in meridiem leucis abscedit, paretque Collegio Soc. Jesu Viennæ.

MAVRBACH. an. 1324. Monasterium Ord. Carth. *Vallis omnium sanctorum* appellatum in sylva Vindobonensi, tribus milliaribus Vienna distans. Fundatum est anno 1313. a Friderico Pulchro Imperatore, ut scribit Anonymus Leobiensis Chron. lib. 4. col. 910. c. Primus loci Prior fuit Gottfridus, e Seytzensi Carthusia a Friderico Imper. evocatus, qui postmodum ad liberationem Friderici, quem captivum Ludovicus IV. Imperator tenebat, plurimum contulisse ab eodem Anonymo memoratur. Friderici Imperatoris anno 1330. in arce Guetensteinensi defuncti ossa hic condita jacent, uti & Elisabethæ ejus filiæ, & piissimæ Ducissæ Austriæ, quæ anno 1336. X. Cal. Novembris rebus humanis exempta est.

MAVTTERN. an. 1579. Civitas exigua castro instructa ad dextram Danubii ripam, e regione Civitatis Steinensis, juris Episcopi Passaviensis. Isthic anno 1484. Austriaci magna a copiis Matthiæ Regis Hungariæ clade affecti sunt.

MAZEN. an. 1413. Castrum peramænum & elegans in loco editiori situm, cum subjecto oppido cognomini, trans montem Meinhardi, Illustrissimæ, & Excellentissimæ Dominæ Mariæ Teresiæ Comitis Kinskin, natæ Comitis de Fünffkirchen.

MAZENDORFF. an. 1371. Villa parva ad castrum Enzesveld proxime accedens, trans Sylvam Cetiam, Celsissimæ Dominæ Mariæ Antoniæ Josephæ Principis de Montecuccoli, natæ Comitis de Colleredo.

MAEZLEINSTORFF. an. 1313. Villa cum arce non procul inde posita, cis nemus Vindobonense, est Illustrissimi Domini Francisci Wenceslai Comitis de Sinzendorff, parochialis jurisdictio ibidem plene ad Monasterium Mellicense pertinet.

MEDILIKK. an. 1120. Medlikh an. 1216. Medelicum an. 1220. vide sigil. lib. II. Tab. II. num. 5. Modo Medlinga vulgo *Mödling*. Oppidum Archiducale reliquis per Austriam nobilioribus ac vetustioribus merito accensendum, Vindobona duabus leucis secus montes in meridiem abscedens. Illic quidam Austriæ Duces, vulgo dicti Duces de Medlico seu de Medling, sedem suam fixere. Eorum primus fuit cognomento *Senior*, ex Henrico I. Austriæ Duce, quem recentiores Scriptores passim Henricum Jochsamer Gott appellant, an. 1158. natus. Quo a. 1223. defuncto, Heinricus *Junior* dictus successit, paucisque annis interjectis successorem reliquit Heinricum vulgo *Crudelem*, cujus morte, quæ an. 1228. evenit, inclyta Ducum Medlicensium stirps pariter interiit. Ejus loci Ecclesia incensa fuit ab Hungaris an. 1252. quo infortunio mille ac quingentos homines periisse narrat vetus Chronographus Claustro-Neoburgensis.

MEDLICUM. an. 1113. Medilik an. 1115. Medilike & Medilika an. 1120. Medlikh an. 1225. Modo Mellicium, vulgo Mölckh. Antiquissimum & Exemptum Cœnobium Ord. S. Benedicti, duodecim leucis in occidentem solem Vindobona disiunctum, situmque ad australe Danubii littus in præalta rupe, ex qua amænissimus quaquaversum prospectus patet. Id a sui primordio Castrum permunitum fuit, a Gizone potentissimo quodam homine (quem plerique *Geysam* Hungarorum Ducem, & S. Stephani Hungariæ Regis patrem fuisse recte opinantur) diu insessum, quod tandem circa annum Christi 928. aut 935. a Leopoldo I. Austriæ Marchione, cognomento *Illustri*, eiecto fugatoque *Gizone* seu *Geysa*, in Collegium duodecim Canonicorum Sæcularium conversum fuit. Quibus postmodum an. 1089. submotis, Leopoldus III. Austriæ Marchio dictus *Pulcher* locum Cœnobitis Benedictinis attribuit, S. Leopoldi Marchionis, eius filii, cura & munificentia a iurisdictione Episcopi Passaviensis exemptum, solique Romanæ sedi an. 1110. subjectum, ac triennio post permagnis muneribus ac beneficiis auctum. Primos Austriæ Marchiones, stirpis Babenbergensis, scilicet a Leopoldo I. *Illustri* usque ad Leopoldum *Pium* seu *Sanctum* hic consedisse probabiliter tradunt Auctores tum Veteres tum Recentiores. Illud certum, prædictos Principes una cum suis Coniugibus (si unam Itham, Leopoldi Pulchri uxorem excipias) ac liberis conditorium suum ibidem habuisse. Adservantur præterea sacra lipsana Divi Colomanni Martyris, ejusque asseclæ Beati Gothalmi peregrini, uti & portio sacrosanctæ Crucis Dominicæ pretiosissimis unionibus ac lapidibus exornatæ. Monasterii Præsules titulo Austriæ PRIMATIS, ac senatus Ecclesiastici PRAESIDIS gaudent. Cœnobio adiacet amplum & munitum oppidum, Mellicium itidem dictum, quod olim Civitatem fuisse aperte constat ex Actis S. Colomanni Martyris. Anno 1113. cum aliis oppidis ac villis in Monasterium Mellicense a S. Leopoldo collatum fuit. Exercitus Matthiæ Regis Hungariæ an. 1481. id frustra oppugnavit. Anno 1525. Oppidani Mellicenses adversus Abbatem & Cœnobitas tumultuantes, pecunia ab eodem Præsule mulctati fuere. Anabaptistæ quoque ac Lutherani, qui sæpe dictum oppidum aliaque plura vicina nefariis suis hæresibus anno 1527. infecerant, iussu Ferdinandi I. Imper. ac strenue annitente Mellicensi Abbate inde pulsi exactique fuere. Denique semel atque iterum, id est annis 1541. & 1548. conflagravit.

MEGINHARTESDORFF. an. 1110. Eichendorff. an. 1540. Eggendorff villa intra Ravelspacensis parochiæ terminos, trans montem Meinhardi.

MEIGASTORFF. an. 1344. Villa in parochiali districtu Ecclesiæ Oberholabrunensis, trans Meinhardi montem, cuius hodie nulla penitus memoria extat.

MEILBERG. vide Mouringperge.

MEISLBERNDORFF. an. 1348. Modo Meisldorff, trans montem Meinhardi, villa Ravelspacensi oppido proxima, sub jure Collegii Soc. Jesu Viennæ.

MEISPIERBAUM. an. 1541. Villa ampla trans montem Meinhardi, Illustris

Illustrissimi Domini Comitis de Sinzendorff.

MEüSSENDORFF. an. 1240. Messendorff penes prædium in Zedlmäringen. Anno 1316. cis nemus Vindobonense, cuius coloni ad territorium Aignense pertinent, Monasterio Mellicensi subjecti.

MERKENGERST. an. 1598. Villa cis montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Joannis Joachimi Comitis de Sinzendorff.

MERKENSTAIN. an. 1500. Castrum editissimæ rupi impositum pervetus & inhabitabile, urbem Badenam attingens, Illustrissimi Domini Ferdinandi Gundakari Comitis de Dietrichstain.

MERTINSDORFF. an. 1178. Modo Martinsperg, arx edito colli insidens cum adjacente villa, cis Meinhardi montem, Illustrissimi Domini Joannis Joachimi Comitis de Sinzendorff.

METRETA. Vulgo Ein Mezen, quarum triginta unum modium (Ein Muth) nostratis mensuræ Viennensis faciunt. Ita passim nostra urbaria de decimo tertio, quarto & quinto seculo.

METZENBACH. an. 1210. Mechsenbach. An. 1388. in prædio Zedelmaringen, cis sylvam Cetiam, sub ditione Monasterii Mellicensis.

MEYSSAV. vide Myssowe.

S. MICHAEL in der Wochau. anno 1597. Oppidum in Wochavia elegans ad lævam Danubii situm, cis Meinhardi montem, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Sigismundi Conradi Comitis de Stahrnberg.

MILBERG. vide Loia.

MüLBVRG. an. 1390. modo Schönborn dictum, trans montem Meinhardi, castrum vetustissimum nunc penitus collapsum soloque æquatum. Processu temporis molendinum eo loco exstructum, hodie vero ab Illustrissimo & Excellentissimo Domino Carolo Friderico Comite de Schönborn Puechhaim magnificentissimum & sumptuosissimum palatium cum delitiosissimo Tusculano ibidem extructum fuit.

MüLLDORFF. an. 1589. Oppidum veteri castro Prandhoff contermínum, cis montem Meinhardi, quod est iuris Exempti Monasterii Gottwicensis.

MINKENDORFF vide Mönichendorff.

MINNEPACH. an. 1315. Minpach. a. 1320. Modo Impach, Asceterium Sanctimonialium Ordinis S. Dominici ad amnem Cremsam constitutum, decem & dimidio milliari in occidentem solem Vindobona abscedens.

MISTLPACH. an. 1658. Oppidum egregium & amplum, trans montem Meinhardi, Collegio Congregationis Cleric. Regul. S. Pauli Apost. condecoratum, Celsissimi Domini Floriani Antonii Principis de Liechtenstain.

MITTERAV. an. 1598. Arx elegans cum villa cis nemus Cetium, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

MITTERGRABERN. an. 1588. Villa arce instructa, trans montem Meinhardi, Illustrissimæ Domicellæ Comitis de Sonendorff.

MITTERPERCH. an. 1351. Villa in parochia Pernkirchensi, cuius hodie nulla notitia superest, extitit olim cis Sylvam Cetiam.

MODIVS SILIGINIS. an 1315. vulgo Ein Muth Waitz, continet triginta metretas (Mezen) nostratis Vindobonensis mensuræ. Arch. Mell

Tom. I. num. 89 fol. 161. & Vrbaria nostra Mellicensia de decimo tertio, quarto & quinto seculo passim.

MÖLCKH vide Medlicum.

MOLLANSTORFF. an. 1293. Modo Möllerstorff. Villa intra terminos parochiæ Traskirchensis, trans sylvam Cetiam, Illustrissimæ Dominæ Rosamundæ Franciscæ Baronissæ viduæ de Königsagger. Illic Illustrissimus Dominus Comes de Philippi nobilissimum ac amœnissimum palatium erexit.

MOLLENBVRG. an. 1499. Arx præaltæ rupi superstans, ad cuius radicem oppidum Weytten situm est, cis montem Meinhardi, utrumque Perillustri Domino Joanni Alberto Antonio Nobili de Lindegg subiicitur.

MÖLLERSTORFF, vide Mollanstorff.

MÖNICHENDORFF. an. 1407. Modo Minkendorff villa ampla & frequens, Vindobona tribus milliaribus in ortum remota, una cum parochiali iure Monasterii Sanct-Crucensis Exempti Ord. Cist.

MOSEBVREN. an. 1120. Mosprun. an. 1312. Mosprun Oppidum quatuor circiter horis Vienna versus fines Hungariæ dissitum, parœcia quondam erat Monasterii Mellicensis.

MOVRINGPERGE. an. 1115. Maurberg. anno 1341. modo Mailberg, Oppidum cum arce Znoymæ Moraviæ, Civitati vicinum, trans montem Meinhardi, Commendæ Ord. Theutonici, cui hodie Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Comes ab Herberstain laudatissime præest. An. 1082. 4 Idus Maii feria 5. vel ut alii habent, 6. Leopoldus III. cognomento *Pulcher* Austriæ Marchio una cum submissis sibi a B. Altmanno Episcopo Passaviensi copiis, ingentem a Bohemis & Bavaris cladem eo loci accepit. Qua de re videsis Dissertationem VI. P. Hieronymi Pezii in Tom. I. script. Rer. Austriacarum, ubi fabulosum illud prælium, quod Leopoldus cum fratre suo Alberto *Levi* ibidem conseruisse dicitur, solide refutatur.

MVRSTETTEN. an. 1659. Castrum elegantissimum, cis sylvam Vindobonensem, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Gundakari Comitis de Althan.

MVSEBRVNNE. anno 1108. Modo Suttenbrunn, ad castrum Schöngrabern proxime accedens, intra parochiales terminos Ecclesiæ Wullerstorffensis, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Ferdinandi Gundakari Comitis de Dietrichstain.

MYSSOWE. an. 1256. Missow. an. 1359. Meyssau. an. 1401. Vrbs perexigua, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Joannis Adami Comitis de Traun & Abensperg. Ea sedes quondam fuit nobilium ac præpotentium Dominorum de Meyssau, quorum familia iam dudum interiit.

N.

NÄLB. vide Obernälb. & Vnternälb litt. O & U.

NÄPPERSTORFF. anno 1599. Villa cum parochia Monasterii Gottwicensis, trans montem Meinhardi.

KLEIN NEISIDL. anno 1588. Castellum cum villa ad radicem montis Vindobonensis, una leuca infra Viennam situm, est Illustrissimi & Excellentissimi Domini Comitis Sigismundi Conradi Comitis de Stahrnberg.

NENDEINSTORFF. an. 1284. Nanders-

derstorff. an. 1312. Villa frequentibus Danubii inundationibus penitus eversa, olim oppido Radendorffensi adsita, trans montem Meinhardi.

NESSINDORFF. an. 1115. Naschendorff. an. 1257. & 1309. Negsendorff. an. 1367. modo Nexendorff, pagus trans montem Meinhardi, iniuria temporum solo æquatus. Huius loco hodie curia villicalis, quæ sub ditione Illustrissimi Domini Baronis de Hazenberg est, visitur.

NEVBAV. an. 1662. Villa in Marchiacis campis, Illustrissimi Domini Julii Francisci Xaverii Comitis de Hamilton.

NEÜBVRG. vide Newnburga.

NEÜBVRGA CLAVSTRALIS vide Closter Neüburg.

NEÜDEGG. an. 1382. Olim villa in campis Marchiacis, cuius modo ne vestigium quidem ullum conspicitur.

NEÜDORFF. vide Neundorff, & Nühdorff.

NEÜHAVS. an. 1668. Arx rupi imposita, trans nemus Vindobonense, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Bernardi Georgii Comitis de Mikosch.

NEÜHOFF. an. 1598. curia villicalis in campis Marchiacis, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Comitis de Welz.

NEÜHOFEN. vide Niuwenhofen.

NEÜLEMPACH, vide Lingpach.

NEVNDORFF. an. 1367. modo Nondorff. Villa oppido & arci Gunderstorff proxima, trans montem Meinhardi, Perillustris Domini Richardi Francisci Nobilis de Ludwigstorff.

NEÜSTADL. an. 1598. Oppidum Danubio vicinum, cis Sylvam Vindobonensem, Canoniæ Regul. Ord. S. Augustini Waldhusiana.

NEWNBVRGA transdanubialis; de hoc loco iam actum est in verbo Corneuburg.

NIDER-CREÜZSTETTEN. a. 1664. Oppidum arce in edito colle vallis & fossis munita instructum, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Joannis Ernesti minorennis Comitis de Hoyos.

NIDERFLÄNIZ. an. 1626. Pagus cum castro antiquo, cis montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Francisci Eusebii Comitis de Trauthson. Idem castrum a Celsissimo Principe & Episcopo Viennensi p. m. Domino Ernesto Comite de Trauthson in eam, quam nunc cernimus, formam & splendorem perductum fuit.

NIDERHAVSEGG. an. 1499. Castrum pervetustum edito colli impositum, ad cuius radicem situm est oppidum cognomine, quod præterfluens rivus *Klein Erlaff* dictus, alluit, cis nemus Cetium, teneturque dominio Illustrissimi Domini Leopoldi Caroli Comitis de Zinzendorff.

NÜHDORFF. an. 1120. modo Neüdorff, oppidum cum castro, Vindobona binis leucis in meridiem disparatum. Castrum est Illustrissimæ Dominæ Viduæ Rosamundæ Franciscæ Boronissæ de Königgsagger; oppidum vero *Illustrissimi Domini Josephi Baronis* de Waffenburg.

NIVWENHOFEN. an. 1113. Neühofen, villa Mellicio proxima, Monasterio Mellicensi a S. Leopoldo memorato anno transcripta.

NIVWENDORFF. an. 1110. olim villa intra limites parochiæ Ravelspacensis, trans montem Meinhardi, quæ haud amplius superest.

NIWENDORFF. anno 1108. modo Non-

Nondorff, pagus in districtu parochiæ Wullerstorffensis, trans Meinhardi montem, Perillustris Domini Richardi Francisci Nobilis de Ludwigstorff.

NONDORFF. vide Niwendorff.

NOVA CIVITAS. an. 1468. Neostadium, vulgo die Wiennerische Neustatt. Vrbs perquam munita, nullique secundum Vindobonam, a qua octo milliaribus in meridiem recedit, in Austria inferior. Eius ortus Leopoldo *Glorioso* Austriæ Duci adtribuitur, qui eandem ad compescendas Hungarorum irruptiones circa ann. 1200. primum ædificavit. Ibidem etiam splendidissima Cæsarum aula conspicitur ab Archiduce Leopoldo excitata, ac ab Imperatore Ferdinando I. magnificentius restaurata. Extat præter alia Monasteria & Ecclesias in eadem urbe insigne Monasterium Sanctissimæ Trinitatis Ord. Cist. vulgo Neü Closter, a Friderico, quem passim *Tertium* dicunt, Dominica Palmarum a. 1444. fundatum, quod antea sodales S. Dominici obtinebant. Reliqua huius Vrbis decora videsis apud fusiores Austriæ Topographos.

NVSSDORFF. anno 1170. Vicus elegans & amplus, uno supra Vindobonam milliari ad dextram Danubii ripam situs, Xenodochii civici Viennæ.

NVSSDORFF. an. 1479. Castrum ad arcem Hollnburgensem proxime accedens, excelsæ rupi impositum, Illustrissimi Domini Leopoldi Comitis de Dietrichstain.

NVSSDORFF. an. 1317. Villa ad Trasam seu Drasenam posita, cis sylvam Vindobonensem, Illustrissimi Domini Jacobi Antonii Comitis de Dietrichstain.

O.

OBERGÖSSING. an. 1650. Castrum satis munitum cum villa ad Vischam amnem duabus & dimidia leuca Vienna in meridiem recedens, Celsissimi Domini Floriani Antonii Principis de Liechtenstain.

OBERGRABERN. an. 1598. Villa trans montem Meinhardi, Perillustris Domicellæ de Sonendorff.

OBER & VNTER GRABERN, vide Grabern.

OBERHöFLEIN. an. 1598. Villa eleganti arce instructa, amni Pulkæ adiacens, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Philippi Ignatii Comitis a Breuner.

OBERHOLLABRVN. vide Holeilsdorff.

OBERLEIS. an. 1589. Ecclesia cum ædibus parochialibus præalto colli imposita, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Comitis de Sinzendorff.

OBER & VNTER LOIBEN in Wochavia. an. 1598. ampli duo pagi ad boreale Danubii littus, trans montem Meinhardi. Plurimæ hic variorum Dominorum curiæ ac domus decimales & vindemiales. Alter ex his pagis Monasterio Tegernseensi Ord. S. Bened. in Bavaria, alter Illustrissimo & Excellentissimo Domino Sigismundo Conrado Comiti de Stahrnberg paret.

OBER MARKERSTORFF. an. 1648. Arx cum villa urbeculæ Schratentall propinqua, trans montem Meinhardi, Perillustris Domini Antonii Nobilis de Hartich.

OBER-NäLB. an. 1584. Villa ampla & frequens urbeculæ Roetz vicina, trans montem Meinhardi, iuris Illustrissimi Domini Constantini Josephi Comitis de Gatterburg, parochialis vero iurisdictio Monasterii Gottwicensis.

OBERNDORFF. an. 1590. Oppidum una leuca Scheibbsio distans, cis nemus

nemus Cetium, Monasterii Gemnicensis.

OBERNDüRNBACH. vide Duringpach.

OBER & VNTER RöTZBACH. vide Rötzbach.

OBERSVLZ. an. 1649. Oppidum trans montem Meinhardi, oppido Mistlbacensi propinquum, Celsissimi Domini Floriani Antonii Principis de Liechtenstain.

OBERWALTERSTORFF. vide Walbrechtisdorff.

OBERWEYDEN. an. 1432. Villa in Marchiacis campis, quæ ad Archiducem spectat, loci vero Parochia ad Monasterium Mellicense.

OBRIZ vide Albrechts.

OLBERSTORFF. vide Adalwartisdorff.

OLLERSTORFF. an. 1598. Villa in campis Marchiacis, Illustrissimæ Domicellæ Comitis de Sallaburg.

OSTERBERG. an. 1368. modo Osterburg, castrum elegans & excelsum ad Pielaham fluvium, uno & dimidio milliari Mellicio distans, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

OTTENSTAIN. an. 1501. Arx egregia & peramœna ad amnem Kampium, cis Meinhardi montem, Illustrissimi Domini Caroli Josephi Comitis de Lamberg.

P.

PADEN. vide Baden.

PARESTORFF, seu PAIRDORFF. vide Pœrdorff.

POERDORFF. an. 1110. Paresdorff. an. 1318. Payrstorff. Villa intra parochiales Ecclesiæ Ravelspacensis terminos, trans montem Meinhardi.

PAVCHSPERG ad Thyming amnem. an. 1412. Quondam pagus cis sylvam Cetiam, hodie prorsus incognitus.

PAVMGARTEN. an. 1589. Oppidum Feldspurgo civitate una hora distans, trans montem Meinhardi, in confiniis Moraviæ, Celsissimi Domini Floriani Antonii Principis de Liechtenstain.

PäZENTALL. a. 1345. Villa frequens & munita, trans montem Meinhardi.

PECHLARN. an. 1370. Mediæ ætatis scriptoribus Præclara, Bechleren, & Pechlaren, vetus (ut nonnullis visum) Norici Ripensis Arlape, paulo infra Erlaffæ amnis & Danubii confluentes, tenuis nostra ætate Civitas, quæ una cum oppido cognomini e regione constituto, ditionis Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis est. Seculo superiore numi vetustissimi Romanorum magno numero hic reperti, visunturque etiam nunc varia eorundem monumenta Ecclesiæ parochialis parietibus inserta. Ibidem decimo Christi seculo Rugerum seu Rudigerum Austriæ (quæ tum Marchia Orientalis dicebatur) Marchionem consedisse tradunt Anonymus Leobiensis, Anonymus Zwetlensis & Tabulæ Claustro-Neoburgenses apud P. Hieron. Pezium Tom. I. Script. Rer. Austr.

PEGGSTALL. an. 1598. Nobilis arx, cis montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Joannis Joachimi Comitis de Sinzendorff.

PEILLENSTAIN. an. 1524. Comitatus quondam insignis & amplus, veteri nunc penitus arce diruta, castro Kölberhardt vicinalis, cis nemus Cetium, Illustrissimi Domini Wolffgangi Honorii Comitis de Auersperg.

PELLENDORFF. an. 1648. Castrum elegans, trans montem Meinhardi, Illu-

Illustrisſimi Domini Joannis Antonii Comitis de Goës.

PELLENDORFF. an. 1638. Villa castello Zwölffäking proxima, duabus Vindobona horis in orientem solem remota, Illustrisſimi Domini Constantini Josephi Comitis de Gatterburg.

Peman. an. 1316. Colonus, seu Rusticus, Ein Stüfftman: da schullen sie einen Peman Tuen, der vns wol fuege, vnd keinen Edlman nicht.

PENZING. an. 1664. Villa una ab Vrbe Viennensi hora in ortum distans, Nosocomii civici Vindobonensis.

PERNERSTORFF. an. 1418. Villa perquam ampla & frequens, quam amnis Pulka alluit, trans Meinhardi montem, Illustrissimi Domini Conradi Comitis de Hardegg, Glaz & in Machland.

PERNKIRCHEN. an. 1114. Pergenkirchen. an. 1350. Modo Pehamkirchen oppidum ad rivum Persling situm, cis nemus Cetium, ubi parochialia iura Collegium Canonicorum Regularium Sanct-Hippolytanum exercet. Ecclesia ab Vdalrico Episcopo Passaviensi nono Kalend. Apr an. 1114. consecrata, olim cum omni iurisdictione fuit Monasterii Mellicensis. Arch. Mell. Tom. I. num. 307. fol. 569.

PERSENBEVG. an. 1410. & Persenburg sub Carolo IV. arx Archiducalis, nunc oppidum & Castrum elegans edito clivo impositum ad lævam Danubii, cis montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Philippi Josephi Comitis de Hoyos.

PERSNIK bey Capellen. anno 1320. modo Perschling, cis sylvam Cetiam, Illustrissimi Domini Comitis de Kuefſtain.

PERWARTH. an. 1499. Castrum ab origine sua vetustissimum, cis nemus Vindobonense, Illustrissimi Domini Leopoldi Caroli Comitis de Zinzendorff.

S. PETER. a. 1310. Monasterium puellare S. Petri, Ord. S. Dominici Neostadii, seu Neapoli Austriæ. Situm erat prope eiusdem urbis portam, quam Viennensem dicunt: hodie religiosis incolis destitutum est, eiusque redditus mensæ Episcopali Neostadiensi uniti.

ST. PETER in der Au. an. 1590. Castrum elegans cis sylvam Cetiam, haud procul a confiniis Austriæ superioris, Illustrisſimi & Excellentisſimi Domini Ernesti Friderici Comitis de Windischgrätz.

PETERSKIRCHEN. a. 1250. Quondam oppidum trans montem Meinhardi, cuius nunc sola rudera supersunt, quorum loco extat Ecclesia prope castrum Grunt, quod territorium posſidet Illustrisſima Domina vidua Rebecca Baronissa de Hazenberg.

PETRONELL. an. 1497. Arx singularis magnificentiæ & elegantiæ ac situs amœnisſimi, ad dextram Danubii ripam, Vienna septem milliaribus in ortum remota, paret una adiecta cum villa Illustrissimo Domino Francisco Antonio Comiti de Abensperg & Traun. Vetus Carnutum Pannoniæ superioris hic stetisse opinatur Wolfgangus Lazius; at Philippus Cluverius id asserit fuisse situm ex adverso confluentium Mari & Danubii, ubi nunc Haimburgum collocatum est.

PEZENKüRCHEN. anno 1490. Castrum & villa, quam amnis Erlapha in Danubium tendens prætérlabitur, cis nemus Vindobonense, Perillustris Domini Francisci Nobilis de Risenfels.

PFAFFENDORFF. an. 1596. Villa

exigua

exigua trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Constantini Josephi Comitis de Gatterburg, parochialis iurisdictio exercetur a Monasterio Gottwicensi.

PFäFFING. an. 1598. villa cis sylvam Cetiam, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

PFAFFSTETTEN. an. 1216. & anno 1319. villa urbi Badenæ proxima, quatuor milliarium itinere infra Viennam posita, subiacet celeberrimo asceterio Sanct-Crucensi Exempti Ord. Cist.

PFAFFSTETTEN. an. 1412. Villa ampla intra parochiales terminos Ecclesiæ Ravelspacensis, trans montem Meinhardi, cuius territorialis iurisdictio est Monasterii Mellicensis: ubi Collegium Claustro-Neoburgense, Monasterium Altenburgense, nec non dominium Limberg, & Rosenberg aliquos colonos habet.

Pfundt pfening. an. 1310. & posterioribus duobus seculis, hodiernæ nostræ æstimationis florenus, vulgo Ein Gulden, oder 15 Patzen, quibus temporibus in his oris appellabatur libra denariorum, aut talentum. Ita nostra antiqua monumenta & urbaria passim.

PHILINSDORFF. anno 1108. modo Jezelstorff, villa pagis Aukental & Haugstorff vicina, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Conradi Comitis de Hardegg Glaz & in Machland.

PIDERMANSTORFF. an. 1352. Villa oppido Medlingensi confinis, secundo lapide infra Vindobonam sita, Illustrissimæ & Excellentissimæ Dominæ Barbaræ Elisabethæ viduæ Baronissæ de Gayman.

PIELLACH. an. 1337. Pagus tenuis ad amnem cognominem, ubi olim pervetusta Stahrnbergica arx extiterat, Mellicio uno circiter lapide in orientem solem dissita, sub ditione Monasterii Mellicensis.

PIELLAHAAG. an. 1588. Castrum perantiquum ad eundem amnem situm, cis sylvam Cetiam, Celsissimi Domini Joannis Leopoldi Principis Trauthson.

PIESNIKKE. an. 1120. amnis, modo corrupte Triesting appellatus, qui medio milliari a Danubio se rivo Schwechat coniungens Danubium influit, trans sylvam Vindobonensem.

PILICHSTORFF. an. 1360. Villa ubi olim castrum erat a nobili familia Pilichstorffiana inhabitatum, trans montem Meinhardi, nunc iuris est officialatus Passaviensis.

PILLERSTORFF. an. 1584. Vicus urbeculæ Schrattentall proxima, trans montem Meinhardi, Perillustris Domini Antonii Nobilis de Hartich.

PIRRAWARTH. an. 1598. Villa elegans, ubi saluberrimæ thermæ, in vicinia arcis Pokflüsensis, trans montem Meinhardi, Canoniæ Claustro-Neoburgensis paret.

PISENBERG. an. 1598. Arx elegantissima cum horto delitiosissimo ad lævam Danubii e regione montis Cetii, secundo supra Viennam lapide, Illustrissimi Domini Joannis Adami Comitis de Abensperg & Traun.

PITTEN. an. 1639. Arx in rupe editissima fossis & vallis probe munita, una cum oppido subiecto, trans Sylvam Cetiam, Illustrissimi Domini Joannis Ernesti minorennis Comitis de Hoyos.

PLAINK vide Bleinikke.

PLANKENBERG. an. 1689. Nobilissimum castrum, amœnissimo solo positum, cum villa ibidem in Sylva Vin-

Vindobonensi, Illustrissimi Domini Joannis Pauli Baronis Bortholotti de Partenfeld.

PLANKENSTAIN. an. 1318. Castrum altiori colli impositum, cis Sylvam Vindobonensem, Perillustris Domini Bartholomæi Nobilis de Tinti.

PLATT. an. 1648. Villa ab urbecula Schrattentall una itineris hora absens, ubi Ecclesia S. Vdalrico sacra, & extantes ibidem lapides ac sana antiquissimæ arcis vestigia demonstrant, trans montem Meinhardi, Perillustris Domini Antonii Nobilis de Hartich.

PLETICHINDORFF. an. 1108. Pletichendorff. an. 1322. Villa funditus deleta, intra terminos parœciæ Wullerstorffensis, trans montem Meinhardi.

PLIKENBERG in campis Immendorffensibus. an. 1387. Villa olim trans montem Meinhardi, ubi hodie nonnisi vineta conspiciuntur.

PLOCHSTORFF. an. 1270. Pagus quondam tenuis oppido Wilhelmspurgensi proximus, cis Sylvam Cetiam, ubi Monasterium Mellicense aliquot colonos possidebat.

POISPRVNN. anno 1626. Villa frequens castro exornata, arcique Falkenstain vicinalis, trans montem Meinhardi, cum iure patronatus, Illustrissimi Domini Francisci Eusebii Comitis de Trauthson.

POKFLüS. an. 1420. Arx egregia & bene munita, cum oppido eidem adiacente, in Marchiacis campis, Illustrissimi Domini Joannis Adami Comitis de Abensperg & Traun.

POLLSTORFF. an. 1658. Oppidum elegans & frequens, trans montem Meinhardi, Celsissimi Domini Floriani Antonii Principis de Liechtenstain.

St. Pölten. an. 1343. Civitas S. Hippolyti ad Drasenam fluvium sita, tribus a Monasterio Mellicensi leucis in orientem distans. Nomen & originem suam a Collegio Canonicorum Reg. S. Augustini ibidem existente, quod a duobus nobilissimis fratribus Adalberto & Otkario seculo octavo conditum fuit, accepisse perquam verosimiliter creditur. Eam Petrus Episcopus Passaviensis primus in formam civitatis redegit, murisque ac fossis muniit circa annum 1276, concedente Rudolpho I Imperatore. Sub annum 1209. repertæ sunt hic sacræ Reliquiæ duorum Sanctorum ignotorum, ad quas ingens hominum, qui varia ibidem beneficia consecuti sunt, ex vicinis locis multitudo confluxit. Vbi vero dicta SS. reliquiæ hodieque adserventur, omnino non constat. Anno circiter 1308. Judæi, quod SS. Eucharistiam impie tractassent, a loci incolis partim spoliati, partim contrucidati fuere. Quod Rudolphus III. tum Austriæ Dux adeo indigne tulit, ut civitate crudelissima obsidione diu vexata, ante civibus placari voluit, quam tria millia quingenta talenta in pœnam sibi persolvissent. An. 1484. a Capitulo Passaviensi Matthiæ Hungariæ Regi venditur, nec multo post pulsis ex Hungaria Hungaris a Maximiliano I. Imperat. recuperatur. An. 1474 & 1512. incendio deformatur. Vrbis dominium triplex est, primum Archiducis, alterum Collegii Sanct-Hippolytani, postremum Illustrissimi Domini Francisci Eusebii Comitis de Trauthson.

POPPENDORFF. an. 1260. Pagus in Aignensi iurisdictione, cis nemus Vindobonense, Monasterii Mellicensis.

POP,

POPPENPERGE. an. 1292. olim villa mediocris, cis Sylvam Cetiam, in qua Monasterium Mellicense duo feuda possidebat.

PORANSTORFF. an. 1178. Quondam villa infra urbem Vindobonensem, cuius modo nullum vestigium visitur.

PORTSCHOLLA. an. 1318. Potscholla. an. 1390. Villula cis nemus Cetium, in parochia Haunoldstainensi, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

POTENDORFF. an. 1324. Arx nobilissima, fossa & muro firmata, amplum & frequens oppidum sibi habens adiectum, trans Sylvam Cetiam Illustrissimi & Excellentissimi Domini Gundakari Thomæ Comitis de Stahrnberg, qui ibidem suis sumptibus magnificum templum excitavit.

POTENSTAIN. an. 1393. Oppidum frequens trans Sylvam Vindobonensem, Illustrissimi Domini Ferdinandi Gundakari Comitis de Dietrichstain, parochialia ibidem exercent expositi tres PP. Conventuales Ord. min. S. Francisci Monasterii Sanctæ Crucis Viennæ.

POTTENPRVNN. an. 1648. Perelegans Castrum ad littus amnis Trasæ situm, cis nemus Cetium, abest Vienna in occidentem solem octo milliarium itinere, Illustrissimæ Dominæ Franciscæ Comitis viduæ de Kuefferstain.

PöVERDING. an. 1309. modo Pöfering, villa Monasterio Mellicensi proxima, ad cuius iurisdictionem etiam pertinet.

POVMGARTEN. anno 1115. modo Paumgarten, villa in Marchiacis campis prope arcem Maregg, Monasterii Sanct-Crucensis, jus parochiale ibidem parochus Monasterii Mellicensis in Oberweiden exercet.

PRAITENAICH. an. 1240. Prædium in Landfridstetten, cujus coloni Monasterio Mellicensi subsunt.

PRAITENAICH. an. 1316. Molendinum in parochiali districtu Pezenkirchensi, juxta fluvium Erlaph, cis Sylvam Cetiam.

PRAITENFELD. an. 1332. Quondam ampla villa cum Ecclesia intra parochiales terminos in Weikendorff, cujus hodie rudera duntaxat cernuntur, trans montem Meinhardi.

PRAITENSEE. anno 1597. Villa in Marchiacis campis, Celsissimi Principis Domini Nicolai Palffi Palatini Hungariæ.

PRANDTHOFF. an. 1589. Castrum pervetustum *in Rana* dictum, cis montem Meinhardi, quod cum adsita villa Exempto Monasterio Gottwicensi Ord. S. Bened. subjectum est. Parochialem loci iurisdictionem habet Collegium S. Floriani in Austria superiori.

PRATESS. vide Protechim.

PRAVNSTORFF. an. 1643. Villa castro instructa, arci Sinzendorff propinqua, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Comitis Senioris de Sonnau.

Prechen Tag. an. 1359. an Prechen Tag, id est, in festo Epiphaniæ Domini, seu SS. trium Regum.

PRECHLEINSBERG. an. 1315. Saltus in parochia Geroldingensi, una leuca Mellicio distans, cis nemus Vindobonense, Monasterii Mellicensis.

PRIELL. an. 1320. villa tenuis Mellicio proxima, ad cuius iurisdictionem etiam pertinet.

PRINZERSTORFF. an. 1587. villa arci Piellahaag proxima, cis Sylvam Cetiam Celsissimi Domini Joannis Leo-

Leopoldi Principis Trauthſon.

PROTECHIM. an. 1115. Protezzen. an. 1346. modo Proteſs, villa in Marchiacis campis, Illuſtriſſimæ & Excellentiſſimæ Dominæ Mariæ Tereſiæ Comitis Kinskin, natæ Comitis de Fünffkirchen.

PRUGG. vide Brugg.

PRUNN. an. 1347. Oppidum elegans arci Liechtenſtain vicinum, ſecundo lapide Vindobona remotum, Illuſtriſſimi Domini Joſephi Baronis de Waffenburg.

PRUNN. anno 1355. Modo Kottingprunn, villa pulcherrimæ arci adiuncta, oppido Leoberſtorffenſi proxima, trans Sylvam Viennenſem, olim filia Eccleſiæ Leobersſtorffenſis, quæ anno 1355 ſub certis conditionibus in parochialem Eccleſiam evecta fuit, Illuſtriſſimi Domini Caroli Joſephi Comitis de Lamberg.

PUCHBERG. an. 1231. Mons & Saltus Monaſterio Mellicenſi adſitus, ditionis itidem Mellicenſis.

PUECHGRABEN. a. 1240. villa ad pagum ſeu agrum Aignenſem pertinens, cis nemus Vindobonenſe, iuris Monaſterii Mellicenſis.

PUESENDORFF. an. 1212. Subditi ibidem ſub iurisdictione prædii Zedlmaringenſis ſunt, cis Sylvam Cetiam, Monaſterii Mellicenſis.

PULKA. an. 1499. Oppidum Archiducale perquam elegans, & amplum, ad amnem cognominem ſitum, trans montem Meinhardi, ad confinia Moraviæ declinans, in cuius loci parochiam ius patronatus obtinet Celeberrimum Aſceterium Scotorum Vindobonenſium. Anno Domini 1338. inventa eſt hic loci Sacroſancta Hoſtia in domo cuiusdam Judæi tota cruentata, multisque prodigiis illuſtrata, ad quam non indigenæ ſolum, ſed & finitimi populi religionis cauſa magno numero confluxerunt. Indignitate facti commoti Chriſtiani omnes Judæos in hoc oppido, locisque vicinis habitantes interemerunt.

PURGSTALLE. anno 1110. Purgſtall, villa trans montem Meinhardi, intra limites parochiæ Ravelspacenſis, quæ paret Illuſtrisſimo Domino Rudolpho Franciſco Baroni de Burſchatta.

PURGGSTALL. an. 1461. Oppidum eleganti arce munitum, cis Sylvam Cetiam, Illuſtrisſimi Domini Auguſtini Comitis ab Auersperg: alterum caſtrum arci adſitum, eſt Illuſtrisſimi Domini Engelberti Comitis ab Auersperg.

PURKHARTSDORFF. anno 1597. nunc Purkerstorff, villa una cum arce trans nemus Cetium, ſecunda leuca Vindobona disiuncta, Cameræ Archiducalis: Creditur quibusdam vetus illud *Burgum*, cuius Eugippius in vita S. Severini Noricorum Apoſtoli meminit.

Pymerkh. an. 1528. Termini territoriales, vulgo Marchſtein, Rain, Auf diſe Pymerkh, vndt Grund ſich verfüegt. Archiv. Mell. Tom. IV. num. 288. fol. 822.

R.

RABENSPURG. an. 1649. Arx celſa, vetuſta ac ſplendida cum villa Moraviæ confinis, trans montem Meinhardi, Celsisſimo Domino Floriano Antonio Principi de Liechtenſtain ſubdita.

RABENSTAIN. anno 1331. Caſtrum nobile ad Pielacham amnem non nihil edito colli impoſitum, una cum oppido ſubiecto, cis Sylvam Vindobonenſem, Illuſtrisſimi & Excellentisſimi Domini Herculis Ludovici Marchionis de Prieè.

RA-

RADAVN. an. 1362. Castrum elegans cum pago, Bercholdstorffensi oppido contiguum, Illustrissimi Domini Francisci Jacobi Comitis de Brandis.

RADENDORFF. an. 1113. villa ad Boreale Danubii latus sita, novem & dimidio Vindobona milliari, cis montem Meinhardi, dissita, Monasterio Mellicensi una cum parochiali iurisdictione a S. Leopoldo Marchione Austriæ an. 1113. donata.

RADIGENBRVNNEN. an. 1110. Radlprunne. an. 1283. Redebrunn. an. 1423. Modo Radlbrun. Oppidum trans montem Meinhardi, Celeberrimi Monasterii Campililiensis Exempti Ord. Cist.

RAFFELSTORFF. an. 1531. Modo Raffelhoff. Quondam villa oppido Wullerstorffensi proxima, nunc prædium villicale, trans montem Meinhardi, Monasterii Mellicensis.

RAGGENDORFF. vide Richeresdorff.

RäGLHOFF. an. 1648. Curia villicalis cum piscinis uno circiter milliari ab urbecula Schrattentall dissita, trans montem Meinhardi Perillustris Domini Antonii Nobilis de Hartich.

Raitz, & Raiz. Nomen baptismale mulieris. an. 1320. Ich Schwester Raitz Prediger Ordens ꝛc.

RAMSENPACH. an. 1305. Pagus in territorio Aignensi, cis Sylvam Vindobonensem, Monasterii Mellicensis.

RAMVOLTSPACH. an. 1110. Rampolspach. an. 1232. modo Ravelspach, oppidum elegans & amplum, urbeculæ Mayssau, trans montem Meinhardi, propinquum, quod Monasterio Mellicensi una cum parochia a S. Leopoldo anno 1113. collatum fuit.

RäNNERSTORFF, vide Reinzleinstorff.

RANNA vide Renna.

RANZENPACH. vide Rumspach.

RAPOLTENREüT. an. 1282. Villa quondam in Marchiacis campis, cuius coloni Monasterio Mellicensi subiecti erant, huius modo ne vestigium quidem extat.

RAPOLTENSTAIN. an. 1469. Arx pervetusta & munita, cis montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Joannis Adami Comitis de Abensperg & Traun.

RAPPS. an. 1450. Castrum editæ rupi insistens & permunitum, cum subiecto oppido, quod ab amne Teya alluitur, cis montem Meinhardi, Perillustris Domini Dominici Ferdinandi Nobilis de Quarient & Raal.

RAVCHENSTAIN. an 1313. Castrum præaltum urbi Badenæ propinquum, olim munitissimum propugnaculum, nunc nonnisi lapidum congeries. Id seculo decimo quarto & quinto nobilissima familia de Rauchenstain incolebat, hodie subiicitur Perillustri Domino Salomoni Nobili de Piazzioni.

REGELSBRVNN. an. 1628. Villa cum arce perantiqua longinquitate temporum collapsa, Vindobona in ortum sex & dimidia leuca distans, obedit Illustrissimo Domino Francisco Antonio Comiti de Abensperg & Traun.

REICHERSTORFF. vide Richersdorff.

REICHPETENBACH. an. 1303. Modo Reipoltenbach, e vetustioribus Austriæ castris unum, cum villa adsita: in Sylva Cetia, Illustrissimi Domini Joannis Pauli Baronis Bortholotti de Partenfeld.

REINERSTORFF. vide Reinzleinstorff.

REIN-

REINHARTSDORFF. an.1311. Modo Raraſtorff, villa ad ripam amnis Schwechat infra Vindobonam.

REINSPERG. an.1420. Arx antiqua in montanis ſita, cis Sylvam Vindobonenſem, circa ſeculum decimum quartum & quintum a nobiliſſima familia Reinſpergiana inhabitata, Illuſtrisſimorum DD Comitum Juniorum ab Auersperg.

REINZLEINSTORFF. an.1318. Renherstorff. an.1383. modo Rannerstorff, villa exigua, cis nemus Vindobonenſe, Illuſtrisſimi & Excellentisſimi Domini Franciſci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

REISSACH. an.1457. Pagus quondam in parœcia Haunoldſteinenſi, cis Sylvam Cetiam, nunc penitus deletus.

RENNA. an. 1320. Reuna an. 1498. modo Ranna, Arx perquam edita, vetus & munita, cis montem Meinhardi, paret Eremitis S. Pauli, quorum ibidem elegans Cœnobium viſitur.

RESPIZ. anno 1320. Modo Reſchiz, villa tenuis amni & oppido Pulka vicina, trans montem Meinhardi.

RETZ. an.1413. Civitas Archiducalis, trans montem Meinhardi, Moraviam ſpectans, ubi Illuſtrisſimus Dominus Conſtantinus Joſephus Comes a Gatterburg etiam aliquam iurisdictionem obtinet, ius vero patronatus ad Canoniam Sanct-Hippolytanam pertinet. An. 1425. Huſſitæ cum exercitu ex Bohemia egresſi, locum hunc arcta obſidione preſſum ceperunt, multaque hominum cæde ac deprædationibus perpetratis, Hardeckium Comitem inde captivum Pragam abduxere, haud multo poſt ibidem extinctum.

RICHERESTORFF. an.1110. Räggendorff. an.1598. Oppidum eleganti arce inſtructum in Marchiacis campis, Illuſtrisſimi Domini Junioris Comitis de Sonnau.

RICHERESTORFF. a.1110. Reichersdorff, villa trans montem Meinhardi, haud longe ab urbecula Meiſſau remota, ditionis Illuſtrisſimi Domini Adami Ottonis Comitis de Abenſperg & Traun.

RICHERSTORFF. an.1115. Reyherstorff. an.1393. modo Räherstorff, villa in Marchiacis campis, ubi Monaſterium Mellicenſe aliquot emphyteuſes posſidet, Illuſtrisſimi Domini Petri Theodati lib. Baronis de Walhorn.

RIED. an. 1599. villa ad initium nemoris Cetii, Illuſtrisſimi Domini Comitis de Kueffſtain.

RIEDENTALE. an.1110. Pagus trans montem Meinhardi, cuius dominium habet Carthuſia Maurbacenſis, parochiam vero Monaſterium Mellicenſe.

ROGENDORFF. an. 1314. villa arci Schallaburgenſi contermina, cis nemus Cetium, Illuſtrisſimi Domini Julii Comitis Klezl ab Altenach.

ROHINISDORFF, & RUSINISDORFF. an.1120. locus limitibus Eccleſiæ Draskirchenſis olim incluſus, hodie prorſus ignotus, trans nemus Vindobonenſe.

ROHR. an.1430. quondam arx nobilis urbi Badenæ proxima, villæ eidem adiunctæ, Perilluſtris Dominus Salomon nobilis de Piazzioni dominatur.

ROHRAV. an. 1640. villa cum arce pervetuſta, in qua dominatum tenet Illuſtrisſimus Dominus Carolus Comes de Harrach. Sedes gentilitia inclytæ huius & nobilisſimæ familiæ creditur. Abeſt Vindobona in ortum quatuor & dimidia

dia leuca, inter Danubium & amnem Leitham sita.

ROHREGG. a. 1662. Castellum, cis mōtem Meinhardi, Illustrisſ. Domini Philippi Josephi Comitis de Hoyos.

ROHRPACH. an. 1291. locus cis Sylvam Cetiam situs, cuius domus nonnullæ emphyteuticæ sub Lanfridstettensi iurisdictione ditionis sunt Mellicensis Monasterii.

RONN. an. 1649. Castrum amœnum & elegans, cis Meinhardi montem, Illustrissimi Domini Philippi Josephi Comitis de Hoyos.

ROPRECHTSDORFF. an. 1178 Rupprechtsdorff. an. 1265. Rueprechtshofen. an. 1451. villa proxime ad oppidum S. Leonhardi accedens, cis nemus Vindobonense, cuius ius patronatus ad Carthusiam Gemnicensem pertinet.

RORE. an. 1113. Ror. a. 1312. Prædium Mellicio vicinum, quod cum omnibus attinentiis S. Leopoldus Monasterio Mellicensi anno 1113. transcripsit.

ROSENBVRG. an. 1589. Castrum insigne, situque peramœno, cis montem Meinhardi, Illustrisſ. Domini Philippi Josephi Comitis de Hoyos.

ROSENFELD. an. 1329. villula Mellicio finitima, quo etiam cum omni iurisdictione spectat.

ROSSIZ. an. 1597. Oppidum cis nemus Cetium, Illustrissimæ Domicellæ Comitis de Lamberg.

ROTTENGRVEB. a. 1589. inter nobiliores & antiquiores arces Austriæ, trans nemus Cetium, Illustrissimi Domini Joannis Ernesti minorennis Comitis de Hoyos.

ROTTENHAVS. an. 1590. Castellum Burggstallensi oppido vicinum, cis Sylvam Vindobonensem, Illustrissimi Domini Junioris Comitis ab Auersperg.

ROTTENHOFF. an. 1598. villa arce eleganti exornata, oppido Altenmarkt adsita, cis Meinhardi montem, Illustrissimi Domini Philippi Josephi Comitis de Hoyos.

RÖTZ vetus. an. 1620. urbecula trans montem Meinhardi, variis casibus & temporum iniuriis multum attrita, Illustrissimi Domini Francisci Eusebii Comitis de Trauthson.

RÖTZBACH. an 1580. Ober vnd Vnter Rötzbach, pagi trans montem Meinhardi, Moravicis limitibus contermini, Illustrissimi Domini Francisci Eusebii Comitis de Trauthson.

RVEDOLFFSTORFF. anno 1312. In iurisdictione Aignensi, cis Sylvam Vindobonensem, cuius coloni sunt Monasterii Mellicensis.

RVEPRECHTSHOFEN. vide Roprechtsdorff.

RVKADORFF. an. 1598. villa prope oppidum Wullerstorff sita, trans montem Meinhardi, Exempti Monasterii Gottwicensis.

RVMSPACH. an. 1282. Ramsenpach. an. 1323. modo Ranzenbach, villa tenuis cum arce, castro Kölberhart vicina, cis nemus Cetium, Perillustris Domini Antonii Nobilis de Eisenstain.

RVSTE. an. 1115. & an. 1312. Pagus olim in campis Marchiacis, qui dudum interiit.

S.

SALCHENAV. an. 1120. Salichenau. an. 1220. Salenau. an. 1312. Oppidum ad amnem Kaltengang situm, Vindobona sex horis versus Hungariam abest, Illustrissimi Domini Caroli Comitis de Prank.

SALEN. an. 1597. Molendinum cum caupona prope castrum Maregg, in Marchiacis campis, Illustrissimi & Excellentissimi Comitis Nicolai Palfi, Palatini regni Hungariæ.

SALHENDORFF. an. 1277. & an. 1319. villa cis Sylvam Cetiam, arci Plankenbergensi contermina, ubi Monasterium Mellicense aliquot emphi-

emphyteuses possidebat.

SAMPERG. anno 1322. Sandtpergen. an. 1598. Colles arenosi, ad quorum radicem rudera & vestigia certa cuiusdam villæ reperiuntur, haud procul a castro & oppido Weikendorffensi remoti, in Marchiacis campis.

SANCT-CRVCENSE Monasterium. vide litt. C. Heyl. Creütz.

SäSSENDORFF. anno 1597. villa cis Sylvam Vindobonensem, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

SASSE an. 1216. modo Sosś villa urbi Badenæ vicinalis, trans nemus Cetium, Monasterii Cellæ Mariæ in Austria Ord. S. Benedicti.

SCHALA. an. 1242. Modo Scholla, villa arci Schallaburgensi adiacens, cis Sylvam Vindobonensem, paret Illustrissimo Domino Julio Comiti Klezl ab Altenach.

SCHALLABVRG. anno 1484. Arx perquam elegans editiori clivo insidens, cis nemus Cetium, una leuca Mellicio seiungitur, subditur Illustrissimo Domino Julio Comiti Klezl ab Altenach.

SCHALLENDORFF. vide Goteschaleshisdorff.

SCHEIBS. an. 1499. Insigne Austriæ Inferioris oppidum, cis Sylvam Cetiam, a Carthusia Gemnicensi, cui cum omni iurisdictione subest, duobus distans milliaribus. Extra loci muros haud inelegans R.R.PP. Capucinorum Monasterium cernitur. Hoc oppidum natale solum est hodierni Reverendissimi, Perillustris & Amplissimi D D. *Bertholdi Dietmair* Abbatis nostri.

SCHOLLA, vide Schalla.

SCHöNAV. a. 1596. Arx perelegans, nec minus amœno solo collocata, Neostadio Vindobonensi sesqui hora disparata, quæ cum adjacente vico Illustriss. Dominum Carolum Comitē de Prank Dominum agnoscit.

SCHöNAV. an. 1660. Villa intra terminos parochiæ Zwetalensis, cis montem Meinhardi, ab urbe Weitra unius leucæ intervallo dissita, Illustrissimi Domini Joannis Adami Gundakari minorennis Comitis Grundeman de Falkenberg.

SCHöNBORN, vide Müllberg.

SCHöNVELD. v. Seveld.

SCHöNGRABERN. an. 1446. Oppidum trans montem Meinhardi, Perillustris Domini Richardi Francisci Nobilis de Ludwigstorff.

SCHöNKIRCHEN, vide Chirchle.

SCöNPüCHL. an. 1364. & 1457. Castrum excelsum, uno fere infra Monasterium Mellicense milliari ad dexteram Danubii ripam constitutum, quod una cum adiacente oppido Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Sigismundus Conradus Comes a Stahrnberg possidet. Parvo inde intervallo visitur Asceterium Ordinis Servorum B. V. Mariæ, ab Illustrissimo & Excellentissimo Domino Conrado Balthassaro Comite a Stahrnberg seculo superiore conditum.

SCHOTTEN. an. 1310. Illustre B. Mariæ Virginis Scotorum in Vrbe Viennensi Cœnobium, Ord. S. Benedicti, quod ab Henrico I. Austriæ Duce sub annum Christi 1158. conditum fuisse constat ex litteris fundationis eiusdem Monasterii. Situm id primum erat extra muros Viennenses, cuius urbis pomœriis procedente tempore prolatis tandem, ut hodieque cernitur, inclusum fuit. Locum a primordio uni Hiberni seu Scoti (Hiberni enim seculo duodecimo & superioribus passim *Scoti* appellati) occupabant: quandoquidem laudatus Dux Henricus in diplomate fundationis aperte diserteque testatur,

ſtatur, ad obtinendam Abbatiam recens a ſe conſtructam Hiberniæ duntaxat nationis homines ſe delegiſſe. Perſtiterunt iſthic Hiberni Monachi a primo fundationis anno, id eſt 1158. ad usque annum 1418. quo temporum intervallo nemo niſi Hibernus eſſet aut Scotus, in Abbatis locum, vel Cœnobitarum gregem recipiebatur. A prædicto vero anno 1418. quo ipſo ultimus ex ea gente Præſul Thomas nomine, annitente Alberto V. Auſtriæ Duce, & Martino itidem eius nominis V. Pontifice Romano conſentiente, ſuo ſuorumque nomine loci præfectura ſe abdicare iuſſus fuerat, quarumlibet ſine diſcrimine nationum hominibus ingreſſus in illud patuit: præfecto in Monaſterii Abbatem Nicolao de Reſpitz gente Auſtriaco die 13. Auguſti eiusdem anni 1418. qui prædictorum Martini Papæ & Alberti Ducis auctoritate ſeveriores vivendi leges, ad Mellicenſium noſtrorum recens reformatorum normam exactas, primus eodem introduxit. Amotis poſtmodum gravibus de cauſis *Scotis* omnibus, Germanicæ nationis Monachi Benedictini ſucceſſerunt, quibus veterum incolarum nomen ad hanc usque ætatem adhæſit, ut nunc quoque vulgo *Scoti* appellentur.

Quantum vero in hoc percelebri Monaſterio a tempore reformationis & deinceps Benedictina Religio floruerit, ex *Senatorii* (operis necdum ex integro editi) cap. 5. quod Martinus Scotorum Viennenſium Abbas circa annum 1458. conſcripſit, adſervaturque M. S. in Monaſterii noſtri Mellicenſis Bibliotheca, ſatis ſuperque cognoſci poteſt. Hic notaſſe ſufficiat, ex iis, qui in hoc Cœnobio ſingularis religionis ac pietatis opinione cæteris præcelluerunt, nominatim commendari Michaëlem, Tithelmum, Jacobum, Joannem de Sileſia, & Clementem: quorum mirandas virtutes & vitam pulcherrime traductam citata lucubratione idem Martinus Abbas, Auctor gravis & æqualis, prolixe commemorat. Neque dubitandum eſt, ad laudatiſſimos hoſce Cœnobitas præclarum illud elogium pertinere, quo Scotenſes Benedictinos Franciſcus de Pavinis in Summario Canonizationis S. Leopoldi Auſtriæ Marchionis diſertis hiſce verbis exornavit: *Quæ privilegia*, inquit, *conſecutus cum pace frueretur Henricus* Dux Auſtriæ, *ipſe nobile Monaſterium apud VViennam erexit, quod S. Mariæ Scotorum vocavit, multaque illi bona conceſſit: in quo regularis obſervantia diu exacteque ſervata eſt, quampluresque ibidem Monachi Vitæ Sanctimonia claruerunt.* Cæterum perſtat etiam nunc inſignis hæc Abbatia ſub laudabili Inſtituti Benedictini obſervantia, eſtque una ex tribus Parœcialibus Eccleſiis Vrbis Viennenſis, cuius gubernacula vigilanter ſapienterque nunc tractat Reverendiſſimus, Perilluſtris ac Ampliſſimus Dominus D. Carolus Fezer Abbas huius antiquiſſimi Monaſterii digniſſimus, quem cum inclyto ſuo Cœtu Deus diutiſſime ſervet.

SCHRATTENTALL. an. 1582. Vrbecula elegante arce inſtructa, & piſcinis munita, trans Meinhardi montem, ſubditur Perilluſtri Domino Antonio Nobili de Hartig.

SCHRETTENBRVK. an. 1287. villa Mellicio proxima, ſub iure & ditione eiusdem Monaſterii.

Schullen. an. 1342. Sollen. Der 12

 pfundt

pfundt pfening Wienner Müntz, die wir gelten schullen Unsern Ehrwirden Herrn, Herrn Ludweig Abbten des Gotzhauzz ze Melkh rc. Archiv. Mell. Tom. I. num. 311. fol. 689.

SCHWABDORFF. anno 1403. modo Schwadorff, oppidum insigne, ad amnem Schwechat, trans Sylvam Vindobonensem sub ditione Episcopatus Passaviensis. Extat in eius loci Ecclesia celebris ac prodigiosa Deiparæ Virginis imago, multorum religione ac supplicationibus frequentata.

SCHWEINWARTH. an. 1599. Oppidum splendidæ arci adiunctum, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Josephi Comitis de Abensperg & Traun.

SCHWEINZ. an. 1310. Villula trium colonorum in prædio Zedlmaringen, modo Aigen appellato, cis nemus Cetium, Monasterii Mellicensis.

SCHWÖCHAT. an. 1589. Famosum oppidum Archiducale, ad amnem cognominem positum, Vindobona dimidia circiter leuca in orientem distans, arx ibidem nobilis Illustrissimo & Excellentissimo Domino Comiti de Volkra subiicitur.

SCIESDORFF. an. 1314. legitur olim fuisse villa iuxta amnem Mölkh, cuius modo nulla extat memoria.

SCRANWAT. an. 1120. priscis temporibus villa in districtu parochiali Ecclesiæ in Draskirchen, quæ modo ignoratur.

SEISSENEGG. a. 1518. Castrum amœnissimis collibus & pratis incinctum, cis nemus Vindobonense, quod Perillustri Domino Francisco Nobili de Risenfels subest. Hanc nobilem arcem illustris Seisseneggiana familia seculo decimo quinto coluisse legitur.

SEITENSTETTEN. vide Sytanstetten.

SEITMARSPACH. an. 1311. villa antiquitus cis Sylvam Cetiam, cuius coloni Monasterio Mellicensi iure Emphyteutico subiiciebantur.

SENFFTENBERG. an. 1632. Arx cum oppido in clivo satis edito ac amœno sita, quam amnis Cremsa ad lævam præterlabitur, undecim Vindobona milliarium intervallo in occidentem remota. Fuit seculo XVII a Suecis in cineres redacta. Paret Illustrissimo & Excellentissimo Domino Gundakaro Thomæ Comiti de Stahrnberg.

SENFFTENEGG. an. 1590. Nobile castrum cum villa, cis Sylvam Cetiam, sub ditione Perillustris Domini Alberti Antonii Nobilis de Schmerling.

SEVELD. an. 1254. Sefeld, olim oppidum & castrum celebre, trans montem Meinhardi, multo tempore desertum & incultum, modo ibidem visitur castellum ab Illustrissimo Domino Conrado Comite de Hardegg Glaz & in Machlandt magnifice excitatum.

SEVELD. anno 1262. Modo Schönfeld, villa cum paucis subditis trans montem Meinhardi, in campis Marchiacis, paret Reverendissimo & Celsissimo Principi Domino Ordinario Vindobonensi, Domino Comiti Sigismundo de Kollonitsch.

SEYRING. an. 1626. Castellum cum villula in campis Marchiacis, Illustrissimi Domini Francisci Eusebii Comitis de Trauthson.

SIBINPRUNNEN MEGINHARDI. an. 1115. Prædium in Marchiacis campis antiquitus non incelebre, hodie ibidem duo extant pagi, quorum unus Ober, alter Unter-Sibenprunn appellatur, uterque sub dominio Reverendissimi & Celsissimi Principis & Domini Ordina-

dinarii Viennensis Domini Sigismundi Comitis de Kollonitsch, qui in Ober-Sibenprunn magnificum ac sumptuosum palatium construxit.

SICHTENBERG. an. 1204. Castrum pervetustum ac quondam præsigne, nunc fere penitus ruina collapsum, quod nobilissima prosapia Sichtenbergensis seculo decimo tertio & deinceps incolebat, cis nemus Cetium, Mellicio in ortum uno lapide remotum, prope Schallaburgensem arcem, Illustrissimi Domini Julii Comitis Klezl ab Altenach.

SICHTIGFÜR. an. 1598. Quodam tempore amplum & frequens oppidum, hodie curia villicalis & pecuaria in Marchiacis campis subiicitur Illustrissimo Domino Julio Francisco Xaverio Comiti de Hamilton.

SIESSENBRUN. a. 1588. Arx elegans cum villa trans montem Meinhardi, una & dimidia hora Vindobona distans, Illustrissimi Domini Joannis Adami minorennis Comitis Grundeman de Falkenberg.

SIFFRING. an. 1546. Olim, ut fertur, *Sanct-Severin*, duæ sunt villæ, quarum prima Ober-Sifring, quæ est PP. Camaldulensium, altera Unter-Sifring iuris Carthusiæ Gemnicensis, ambæ ad radicem montis Cetii duobus milliaribus supra Viennam sitæ. Penes Ecclesiam ibidem parochialem Collegio Claustro-Neoburgensi unitam, vetustissima rudera cernuntur, ubi olim S. Severinus Abbas & Noricorum Apostolus habitasse perhibetur.

SIGHARTSKIRCHEN. anno 1564. villa cis Cetium nemus, quatuor Vindobona milliarium itinere dissita, Illustrissimi Domini Joannis Adami Comitis de Questenberg.

SIRNDÖRFF. an. 1589. Arx perquam elegans & munita cum adsito oppido, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Antonii Ernesti Comitis de Gurland.

SIRNICH. an. 1312. Oppidum sesqui milliari Mellicio in meridiem seiunctum, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

SIRNICH. an. 1317. Parva villa, in der Sirnich dicta, in iurisdictione Aignensi, & Kilbensis parochiæ districtu sita, cis Sylvam Vindobonensem, Monasterii Mellicensis.

SIZENDORFF. an. 1646. Oppidum cum castro pervetusto, cis montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Ferdinandi Gundakari Comitis de Dietrichstain. Hic quoque Sedem Templariorum fuisse tradunt.

SIZENTALL. an 1287. Arx antiqua ad fluvium Pielaham solo peramœno sita, veterum Sizentallensium Nobilium seculis XIII & XIV. sedes, cis Sylvam Viennensem, haud procul Mellicio, obedit Illustrissimo Domino Josepho Comiti ab Auersperg.

SMIDACH. an. 1110. modo Schmidbach. Rivulus oppidum Ravelspach alluens, trans montem Meinhardi.

SOLIDUS, vernacula nostra lingua ein Schilling, quorum octo nostratem florenum conficiunt. Sic urbaria nostra MM. SS. de duodecimo & seqq. seculis.

SOSS. anno 1462. Arx & villa castro Schallaburgensi proxima, cis Sylvam Vindobonensem, Illustrissimi Domini Baronis de Neidegg. Eam nobiles de Sozze seu Sosse seculo decimo quarto possedere.

SOSS. an. 1420. Castrum munitum, trans montem Meinhardi, olim

Sunnbergicæ familiæ habitaculum, modo sub ditione Illustrissimi Domini Ferdinandi Gundakari Comitis de Dietrichstain.

Spen. an. 1528. lites. Strittigkeiten: Das sich Spen vnd irrung gehalten haben zwischen den armen Leüthen zu Maur vnd Gotzheüsern ꝛc. Archiv. Mell. Tom. IV. num. 280. fol. 822.

SPILBERG. an. 1322. Villa, cis Sylvam Cetiam, Mellicio proxima, iuris Monasterii Mellicensis.

SPILLERN. an. 1589. villa peramœna arci Sirndorff confinis, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Antonii Ernesti Comitis de Gurland.

SPIZ. an. 1357. Arx edita, maximamque fere partem vetustate collapsa, ad Septentrionalem Danubii ripam constituta: cui subiectum oppidum cognomine, quod nunc obtinet Illustrissimus Dominus Ferdinandus Gundakarus Comes de Dietrichstain.

STAHRNBERG. an. 1350. Castrum admodum vetustum, ac hodie plane desertum, trans Sylvam Vindobonensem, Illustrissimi Domini Christophori Caroli Comitis de Heissenstain. Isthuc se recepit Fridericus Dux Austriæ cognomento *Bellicosus*, cum a civibus Viennensibus ex urbe clam egredi coactus, & demum a Friderico II. Imperatore proscriptus fuit sub ann. 1237. Eodem valetudinis curandæ causa perductus fuit Albertus V. Dux Austriæ, circa annum 1407.

STAIN. an. 1422. Steina. Civitas Archiducalis ad sinistram Danubii ripam, cum pervetusta arce præcelsæ rupi imposita, & Vindobona decem milliaribus in occasum distat. Seculo decimo tertio ab Hainrico Chunringio una cum Crembsensi urbe flammis donata, & seculo decimo septimo a Suecis magna ex parte devastata fuit. Binas habet Ecclesias, quarum una parochialis ad S. Nicolaum, alteram PP. Minores Conventuales tenent.

STAIN. an. 1568. Villa cis Sylvam Vindobonensem, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

STAINAKIRCHEN. an. 1590. Oppidum cis nemus Vindobonense, ad fluvium Erlapham, seculo decimo *Steininachiricha* dictum, quo S. Wolffgangus Episcopus Ratisbonensis coloniam ex Bavaria deduxisse dicitur in quodam diplomate Ottonis II. Imperatoris. Loci parochia ad Benedictinos Lunælacenses spectat.

STAININBRUNE. an. 1108. Stainabrun. an. 1338. villa trans montem Meinhardi, Illustrissimæ Dominæ Rebeccæ viduæ Baronissæ de Haizenberg.

STAINPERG. anno 1333. Coloni in Aignensi iurisdictione, cis nemus Cetium, Monasterii Mellicensis.

STALLARN. an. 1291. Modo Stalling, in campis Marchiacis, quondam villa, bellorum iniuriis dudum excisa.

STÄTZ. an. 1484. Oppidum cum castro adiacente situ admodum iucundo, octo leucis Vienna disiuncta, trans montem Meinhardi, antiqua sedes gentilitia DD. Comitum de Breünner, hodie sub iurisdictione Illustrissimi Domini Hieronymi Comitis de Colleredo.

STEININPRUNE. an. 1108. Pagus trans montem Meinhardi, Illustrissimæ Dominæ Rebeccæ viduæ Baronissæ de Hazenberg.

STEININTISCHE. a. 1120. Staineinpruk.

inpruk. an. 1371. modo Stainaprikl, villula trans Sylvam Cetiam, prope Neostadium, paret Illustrissimo Domino Christophoro Carolo Comiti de Heissenstain.

STILLFRID: in veteri Chronico Mell. scribitur *Stilvrit.* anno 1479. Oppidum in Marchiacis campis, Carthusiæ Maurbacensi subiectum. Eo loci Ottocarum Bohemiæ Regem a Rudolpho I. Imperatore sub annum 1278. prælio victum occisumque traditur in Veteri Chronico Mellicensi apud R. P. Hierony. Pezium Tom. I. Script. Rer. Austriacarum.

STIXENSTAIN. an. 1649. Arx perquam edita & antiqua, trans Sylvam Cetiam, Illustrissimi Domini Joannis Ernesti minorennis Comitis de Hoyos.

STOKERN. an. 1649. villa nobili & munita arce conspicua, cis montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Philippi Ignatii Comitis de Breuner.

STöPPAERRICH. an. 1056. Stopfereüt, castrum nobile, & elegans, ad lævam Danubii, ubi amnis Morava in Danubium effunditur, sub dominio Illustrissimi Domini Josephi Alberti Comitis de S. Juliano.

KLEIN STöTTLDORFF. an. 1662. villa trans montem Meinhardi, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Caroli Friderici Comitis de Schönborn Puechhaim.

STRäMERSTORFF. an. 1598. Villa mediocris cum parœcia Monasterii Scotorum Viennensium.

STRäNNERSTORFF. an. 1584. Castrum cum adiuncta villa, cis Sylvam Vindobonensem, Perillustris Domini Francisci Ignatii Nobilis de Albrechtsburg.

STRASSE. an. 1332. & an. 1572. quondam villa & Ecclesia intra parochiales limites Ecclesiæ Weikendorffensis, trans montem Meinhardi in Marchiacis campis. Nunc, ubi villa stetit, fluctuat alma Ceres.

STRENCH. anno 1307. modo Strämming villa intra limites parochialis Ecclesiæ in Ravelspach, trans montem Meinhardi, haud longe a castro Limberg disiuncta.

STRVPFING. an. 1421. modo Stripffing, villa in campis Marchiacis, castro & oppido Weikendorffensi vicina, Illustrissimi Domini Julii Francisci Xaverii Comitis de Hamilton.

SVNNLEITTEN. an. 1315. Villula Aignensis territorii, cis nemus Vindobonense, iuris Monasterii Mellicensis.

SYTANSTETTEN. an. 1261. hodie Seittenstetten. Insigne Monasterium Ord. S. Benedictini cum adiacente oppido cognomini, quinque circiter aut sex leucis a Civitate Ipsensi in occidentem disparatum, cis nemus Vindobonense. Laudatissimum hocce Cœnobium conditum dicitur in Codice Traditionum eiusdem loci ab Illustri Viro Domino Vdalschalco de Stille sub annum Christi 1116. & ab Vdalrico Episcopo Pataviensi, Fundatoris uterino fratre in honorem B. Mariæ Virginis eodem anno dedicatum. Idem Vdaschalcus haud multo post deposito militiæ cingulo, cucullum Monasticum, uti in prædicto Traditionum Codice memoratur, in eodem Seittenstettensi Monasterio induit, vitaque piissime transacta feliciter ad superos migravit. Cuius laudabili exemplo permotus Reinbertus, Vdaschalci Sororius, una cum uxore Helena, ac filia Richkarde idem inibi Institutum amplexi fuere. Aliud porro Asceterium, antequam Benedictinum Seittenstet-

ſtettenſe extruxiſſet, pro Canonicis Regularibus in Augia apud S. Vitum fundavit Vdalſchalcus: quibus obſolutiorem vivendi morem extinctis & abolitis, Cœnobitas Benedictinos Seittenſtettenſes, ut dictum, ſubſtituit. Quæ omnia ex laudato Codice Traditionum Seittenſtettenſium hactenus inedito mutuati ſumus.

T.

TAINZENDORFF. an. 1599. Arx elegans cum villa ſitu periucundo, trans montem Meinhardi, Illuſtrisſimæ & Excellentisſimæ Dominæ Conſtantiæ viduæ Comitis de Schallenberg, natæ Comitis de Gurland.

TALARN. an. 1178. modo Talern, curia villicalis, elegantis & commodæ ſtructuræ, oppido Gumpolz-Kirchenſi propinqua, optimisque vinetis circumdata, ubi miræ magnitudinis torcular in annuum uſum adſervatur, Monaſterii Sanct-Crucenſis Exempti Ord. Ciſt.

TALENTVM, ſeu libra denariorum, idem, quod florenus hodiernæ noſtræ æſtimationis in Auſtria. Ita noſtra pasſim monumenta & urbaria antiqua MM. SS.

TALINSPRVNNEN, & TVLEISBRVNEN. a. 1115. Telesprun n. an. 1421. modo Tallesprun, villa in Marchiacis campis, iuris Illuſtrisſimarum Domicellarum Comitum de Salladorff.

TEESTORFF. an. 1364. villa urbi Badenæ & Caſtro Leeſtorffenſi proxima, ſub dominio Monaſterii Mellicenſis.

TERNARIVS VINI. an. 1382. Auſtriacis noſtris vulgo Ein Dreyling wein, id eſt, Vindobonenſis noſtræ menſuræ triginta urnæ, uti ex noſtris MM. SS. Originariis de ſeculis XIV. XV. XVI. & XVII. conſtat.

TETENDORFF. an. 1312. nunc Tättendorff, villa quinto lapide Vindobona in ortum remota, loci huius Eccleſia quondam erat filia Matricis parochiæ in Traskirchen, nunc hoc ius parœcianum Canonia Clauſtro-Neoburgenſis obtinet.

TEVTSCHPACH. an. 1323. Id ætatis pagus cis Sylvam Cetiam, hodie penitus extinctus.

TIEPHOLZ. vide Dipoldes.

TüRNHOFEN. a. 1328. Modo Turnhofen exiguus vicus in parochiali diſtrictu Eccleſiæ Hirmbenſis, cis nemus Vindobonenſe.

TüRNIZ. vide Dürniz.

TüRNSTAIN. an. 1390. Arx pervetuſta in excelſoque poſita ad lævam Danubii, uno fere & dimidio ſupra Cremſium milliari, nunc maxima ex parte collapſa. Eo loci Richardum Angliæ Regem e Palæſtina reducem, atque iuſſu Leopoldi *Virtuoſi* Ducis Auſtriæ anno 1194. interceptum, aliquandiu ab Hadmaro Chunringio ſervatum fuiſſe tradit Chronographus Zwetlenſis *Recentior*. Paulo infra Vetus Caſtrum nunc aliud recentius viſitur, una cum ſubiecta urbecula Illuſtrisſimo & Excellentisſimo Domino Conrado Sigismundo Comiti de Stahrnberg ſubditum. Ibidem extat inſigne Collegium Ord. Can. Reg. S. Auguſtini, a nobili veteri Meyſſavienſi familia conditum.

TIERSTORFF. an. 1385. legitur quodam tempore fuiſſe pagus Mellicio adſitus, cuius tamen modo nullum omnino veſtigium reperitur.

TOLPACH. an. 1427. Coloni ſub ditione Aignenſi, cis Sylvam Vindobonen-

bonensem, itidem Monasterii Mellicensis.

TOPPEL. an. 1349. Villa ad arcem Hocheneggensem, cui vicina est, pertinens, sub dominio Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

TORTENBACH. an. 1385. in prædio quondam Landfridstettensi coloni, Monasterii Mellicensis, cis nemus Vindobonense.

TRASKIRCHEN. vide Draskirchen.

TRASMAVR. an. 1470. Arx pervetusta probeque munita cum insigni oppido ad Trasam fluvium, quod utrumque ditionis Archiepiscopi Salisburgensis est.

TREBESWINKKL. an. 1365. Modo Tribeswinkl villa eleganti castro instructa, amnique Schwechat vicinalis, ab Illustrissimo Domino Christophoro Comite de Scalvignioni obtinetur.

TROMAV, vide Drumawe.

TVLN. an. 1352. Civitas Archiducalis ad Danubium sita, iamque seculo nono sub nomine Tullinæ nota, nunc sedes ordinaria Episcopi suffraganei Passaviensis. Præter Parœcianam Ecclesiam eadem civitas tria Asceteria numerat, quorum unum Sanctimonialium ad institutum Divi Dominici viventium, alterum PP. Conventualium Minorum, postremum PP. Capucinorum.

TVMENICH. an. 1201. Rivulus saltum Mülberg alluens, proximeque arcem Persenbeug præterfluens.

TYEMEDORFF. an. 1308. Prædium olim in Marchiacis campis fluvio Moravæ adsitum, cuius nunc nulla omnino notitia habetur.

TZÖHENSVNSDORFF. an. 1214. villa quondam intra fines parochialis Ecclesiæ Mellicensis nostro ævo plane ignota.

U.

VEHINTAL. anno 1108. Auchental. an. 1319. Modo Aukhentall, villa ad ripam amnis Pulkæ posita, Kirchbergianæ fundationi unita, trans montem Meinhardi, & circa confinia Moraviæ.

S. VEIT. anno 1597. Oppidum trans nemus Vindobonense, sub ditione Monasterii Campililiensis Exempti Ord. Cist.

S. VEIT. an. 1588. Castrum pervetustum locoque amœnissimo situm cum Vico, uno milliari Vindobona in austrum dissitum, ac Episcopo Vindobonensi subditum.

VELWEN. an. 1120. Felling modo appellatur, villa cum arce nobili, iucundissimi prospectus, tribus horis Vindobona in ortum abscedens, amni Kaltengang adsita, paret Illustrissimo Domino Georgio Josepho lib. Baroni de Kellern.

Veriehen. an. 1306. & duobus seculis seqq. idem est ac latine fateri, germanice bekhennen. Ich Jans der Kaldorffer, Geut mein Hausfrau, vnd all vnser Erben Veriehen vnd Tun kunt allen, die nu sint &c. Archiv. Mell. Tom. I. num. 299. f. 670.

VESLAV. an. 1494. villa cum castro eleganti trans Sylvam Cetiam, Illustrissimi Domini Caroli Josephi Comitis de Lamberg.

VESTENHOF. an. 1670. Castellum cum adiacente villa trans Sylvam Cetiam, est Illustrissimi Domini Joannis Ernesti Comitis minorennis de Hoyos.

VETTENDORFF. a. 1598. villa olim pago Prinzerstorff proxima, cis nemus Vindobonense, quæ haud amplius extat.

VIECHOFEN. an. 1488. villa cum insigni & pervetusta arce urbi Hippolytanæ vicina, Illustrissimi Domini Lib. Baronis de Wellenstain.

VISCHA. anno 1597. Castrum ele-

gans in vicinitate Neostadii Vindobonensis, Illustrissimi Domini Christophori Caroli Comitis de Heissenstain.

VLMERFELD. an. 1548. Castrum antiquissimum cum egregio adsito oppido, cis Sylvam Cetiam Perillustris Domini Joannis Rudolphi Nobilis de Randegg.

VLRICHSKIRCHEN. an. 1568. Oppidum amplissimum nobili & pulchra arce instructum, trans montem Meinhardi, tertio Vienna lapide absens, Illustrissimi Domini Philippi Ignatii Comitis de Breüner.

VNTER-DüRNBACH. vide Durinpach.

VNTER-WALTERSTORFF. vide Walterstorff.

VNTER-NäLB. an. 1640. Villa urbeculæ Rötz proxima, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Constantini Josephi Comitis de Gatterburg, loci Præpositura ad Celeberrimum & Exemptum Monasterium Gottwicense Ord. S. Bened. pertinet.

Vntzher. an. 1479. hucusque. Bißhero. Als wir das Vntzher ingegehabt. Archiv. Mell. Tom. IV. num. 99. fol. 244.

VOGENDORFF. an. 1110. Modo Fändorff, villa cis montem Meinhardi, sub dominio Collegii S. Andreæ Can. Reg. S. Augustini.

VOIZTAW. an. 1414. Modo Veitsau, villa arci Hirnstain propinqua, trans Sylvam Cetiam, Illustrissimi Domini Christophori Caroli Comitis de Heissenstain.

VRSPRVNG. an. 1312. villa exigua arci Piellach vicinalis, cis nemus Vindobonense, sub dominio Monasterii Mellicensis.

W.

WAASEN. an. 1598. Castrum nobile arci Rabenstain, & amni Piellach proximum, cis nemus Vindobonense, quod obitu Illustrissimi & Excellentissimi Domini Generalis Wolffgangi Comitis ab Auersperg transiit ad hæredes iuniores Comites Auerspergianos.

WAGRAM. anno 1579. Villa trans montem Meinhardi duabus horis Vindobona remota, Illustrissimi Domini Joannis Adami Comitis minorennis Grundeman de Falkenberg.

WAIDLING. an. 1589. Olim castrum non ignobile, quod illustris familia de Radendorff incolebat, cis montem Meinhardi, pertinet ad Collegium Cremsense Societatis Jesu.

WAIDHOFEN. an. 1580. Civitas ad Ibissam fluvium, vulgo Bäyrisch Waidhofen an der Ybbs, media circiter leuca a monte SS. Trinitatis absens, cis Sylvam Cetiam, sub dominio Episcopatus Frisingensis.

WALBRECHETISDORFF. an. 1120. Waltrichesdorff, Waltresdorff. an. 1324. Modo Oberwalterstorff, villa cum arce ad amnem Triesting sita, trans nemus Cetium, Illustrissimi Domini Christophori Caroli Comitis de Heissenstain.

WALDREICHS. anno 1639. Arx cis montem Meinhardi, vicinum sibi habens amnem Kampum, & Castrum Ottenstain. Est sub ditione Illustrissimi Domini Comitis Engel p. m. post cuius novissimum obitum ad eiusdem familiæ hæredes devoluta est.

WALPRECHTSDORFF. anno 1323. modo Walperstorff, Arx elegantioribus nobilioribusque Austriæ merito accensenda, hortoque delitiosissimo perornata, haud procul a Canonia Ducumburgensi, paret

paret Celsissimæ Dominæ Mariæ Josephæ Antoniæ Principi de Montecuccoli, natæ Comiti de Colleredo.

WALKERSTORFF. an. 1257. modo Wolkerstorff, castrum cum oppido ad rivum Ruspach situm, trans Meinhardi montem, quod ad Xenodochium aulicum Viennæ pertinet.

WALTERSKIRCHEN. anno 1647. Oppidum cum arce, Oppido Böhmisch-grutt vicinale, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Ottonis Ferdinandi Felicis Comitis de Hohenfeld, cuius Illustrissimus & Excellentissimus Dominus parens destructa veteri arce novam, eamque perelegantem extruxit.

WALTERSTORFF. an. 1589. Castellum cum vico ad Leytham fluvium, trans Sylvam Vindobonensem, Juniorum D D. Comitum de Gavriani.

WANG. an. 1510. Oppidum mediocre cis Sylvam Cetiam, Juniorum DD. Comitum ab Auersperg.

Wann, vnd was. an. 1310. quia erat. Daß hat inen Abbt Seifrid gelihen, wann Daz was Ledig worden dem Gotzhaus von Rudolfen den Wultzendorffer. Protho. feud. Mell. fol. 2. de seculo XIV.

WARTBERG. an. 1597. Saltus Monasterii Mellicensis, Mellicio propinquus.

WäZLSTORFF. an. 1569. villa ampla & frequens, trans montem Meinhardi, Perillustris Domini Richardi Francisci Nobilis de Ludwigstorff, cuius parochiale ius Monasterium Gottwicense obtinet.

WEIDENDORFF. an. 1662. villa in campis Marchiacis ad Moravam fluvium, castro Dürngrutt vicinalis, Illustrissimi Domini Julii Francisci Xaverii Comitis de Hamilton.

WEIERBURG. an. 1588. villa eleganti arce amœnissimi prospectus instructa, trans montem Meinhardi, quam nunc tenet Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Carolus Fridericus Comes de Schönborn Puechaim.

WEIKENDORFF. vide Wykendorff.

WEIKERSTORFF. an. 1568. Arx perquam elegans beneque munita, & amœnissimi situs, urbi Badenæ vicina, Perillustris Domini Salomonis Nobilis de Piazzioni.

WEINSTEIG. an. 1678. Molendinum cum paucis colonis, trans montem Meinhardi, Illustrissimæ, & Excellentissimæ Dominæ Esdræ Comitis de Olgylvi, natæ Comitis de Bucelleni.

WEINZIERL. an. 1344. villa exigua in Wachovia ad lævam Danubii ripam sita, cis montem Meinhardi, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Sigismundi Conradi Comitis de Stahrnberg.

WEINZIERL. an. 1589. Castrum arci Wislburg vicinum, cis nemus Viennense, Perillustris Domini iunioris Nobilis de Praun.

WEINZIERL. anno 1399. villa paulo infra urbem Cremsam sita, cuius dominium territoriale ad Illustrissimum Dominum Wenceslaum Adrianum Comitem de Engevorth, coloni vero ad Archiducem spectant.

WEISSENKIRCHEN. an. 1320. pagus in parochiali territorio Capellensi

lensi ad rivum Perschling situs, cis Sylvam Cetiam.

WEISSENKIRCHEN. an. 1315. in Wachovia oppidum amplum & elegans, cis montem Meinhardi, cuius ius parochiale Collegium Sanct-Florianum, temporale Illustrissimus ac Excellentissimus Dominus Sigismundus Conradus Comes de Stahrnberg possidet.

WEITTEN. an. 1355. Oppidum cum excelsa arce Mollenburg, cis montem Meinhardi, Perillustris Domini Joannis Alberti Antonii Nobilis de Lindegg.

WEITTENEGG. an. 1286. Castrum satis antiquum in praealta rupe positum, ad Septentrionale Danubii latus, cis montem Meinhardi, subest Illustrissimo Domino Francisco Wenceslao Comiti de Sinzendorff. Praedictum castrum, quod anno 1463. Capitaneus quidam dictus Lempeck obtinebat, eodem anno a Barone Seysseneggero expugnatum fuit, teste veteri Chronico Mellicensi.

WEIXLBACH. anno 1451. Arx peramoena nemorosis collibus & pratis septa, seculo XIII. nobilis Weixlpacensis familiae sedes, cis nemus Vindobonense, subiacet Illustrissimo Domino Comiti de Prass.

WEYTRA. an. 1488. Castellum cum civitate Bohemiae confine, cis montem Meinhardi, Celsissimi Domini Principis de Fürstenberg.

Wendl. an. 1310. nomen baptismale mulieris.

WESENDORFF. an. 1344. Oppidum in Wachovia, cis montem Meinhardi, ad ripam Danubii locatum, Illustrissimi ac Excellentissimi Domini Sigismundi Conradi Comitis de Stahrnberg.

WEZMANSTORFF. an. 1320. Wezlestorff. an. 1467. modo Wetzstorff, Arx nobilitate & vetustate celebris, trans montem Meinhardi, Serenissimi Domini Leopoldi Ducis de Holstain.

WIELLANZDORFF. an. 1327. modo Wielanz. Castellum dudum excisum, cuius pagus etiam nunc superstes, atque urbeculae Gmindt vicinus, cis montem Meinhardi, nunc Illustrissimum Dominum Joannem Adamum Comitem Grundeman de Falkenberg Dominum agnoscit.

WIENNA. an. 1315. Romanis Vindobona, medii aevi scriptoribus Faviana, Winna, Vienna denique, vulgo nunc **Wienn**, Austriae Metropolis, & Romanorum Imperatorum iam inde a pluribus seculis Regia. Eam in sedem Ducum Austriacorum primus delegit Henricus I. Dux Austriae, stirpis Babenbergensis, qui ab anno 1143. ad 1178. Austriae praefuit. Ampliata subinde primum fuit a Leopoldo VI. id nominis Austriae Duce, cognomento *Virtuoso*, qui eandem provinciam ab anno 1178. ad 1195. gubernavit. Circa annum 1237. eiecto ac proscripto Friderico Duce vulgo *Bellicoso*, a Friderico Imperatore II. in tutelam recepta, ac Vrbs Imperialis effecta est; sed an. 1240. a praedicto Duce Friderico acerrima obsidione pressa, ab eodem tandem capta, Vrbisque Imperialis titulo simul & privilegio exuta fuit. Occupata item fuit a Rudolpho I. Imperatore circa an. 1275. rursumque post toleratam bien-

biennalem arctissimam obsidionem Matthiæ Regi Hungariæ an. 1485. cessit. A Turcis vero anno 1529.&1683. oppugnata expugnari nunquam potuit. Anno 1267. Guido Cardinalis solenne Concilium ibidem celebravit, omnibus Episcopis & Præsulibus ex provincia Salisburgensi eo convocatis. Incendiis anno 1193. 1258. 1276. & 1489. miserandum in modum absumpta fuit. Ex Tom. I. Script. Rer. Austr. R. P. Hieronymi Pezii.

WIENNERHERBERG. anno 1650. Oppidum ad Vischam amnem, trium milliarium intervallo Vindobona versus meridionalem plagam dissitum, paret Celsissimo Domino Floriano Antonio Principi de Liechtenstain.

WILHALMSPURG. anno 1278 amplum Oppidum ad Trasam fluvium, cis Sylvam Cetiam, Monasterii Campililiensis Exempti Ord. Cist.

WINDEN. an. 1311. villa tenuis, haud procul supra Mellicium, sub iurisdictione Monasterii Mellicensis.

WINDPASSING. an. 1582. pagus arci Hocheneggensi vicinus, cis nemus Vindobonense, Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

WINTPOZZINGIN. an. 1108. Wintpohhingin. an. 1115. modo Windpäsing intra parochiales limites Ecclesiæ Wullerstorffensis, castrum pervetustum & nobile, trans montem Meinhardi, quod possident Illustrissimæ Comites Domicellæ de Sonnendorff.

WINDSCHNUR. an. 1588. vicus cis Sylvam Cetiam, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

WINZDORFF. an. 1372. Olim pagus intra parochiales fines Ecclesiæ Draskirchensis, qui iam pridem interiit.

WIRNESTORFF. an. 1110. Wiernstorff. an. 1554. nunc Würbmerstorff, priscis temporibus villa, cuius loco hodie virent prata & fluctuant aristæ, intra terminos parochiales Ravelspacensis Ecclesiæ, trans montem Meinhardi.

WISEN. an. 1110. nunc Wisent. Pervetustum castellum cum paucis colonis, cis montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Rudolphi Francisci lib. Baronis de Burschata.

WISENT. vide Wisen.

WISLBURG. an. 1588. Arx elegans amœno horto instructa ad Erlaffam amnem, cis nemus Cetium, Illustrissimi Domini Junioris Comitis ab Auersperg.

WISUNWINCHIL. an. 1115. quondam filia matricis Ecclesiæ in Weikendorff, in campis Marchiacis, cuius hodie nulla omnino memoria extat.

WOKKING. an. 1451. Arx una cum villa, cis Sylvam Viennensem, paret Illustrissimo Domino Comiti de Prasi.

WÖLBMINK. an. 1454. nunc Wölbling, Oberwölbling, oppidum cis Sylvam Vindobonensem, pertinet ad Archi-Episcopatum Salisburgensem.

WOLFHARTSPRUNN. anno 1299. Arx, quam eo ævo incolebat illustris familia inde cognominata Wolfhartsprunensis, modo sub iurisdictione Landfridstettensi, cis

nemus Cetium, iuris Monasterii Mellicensis.

WOLFERSTORFF. an. 1662. Oppidum elegans cum arce satis munita, sex Vindobona milliaribus remotum, Moraviamque spectans, trans montem Meinhardi, Celsissimi Domini Floriani Antonii Principis de Liechtenstain.

WÖLFINGSMAUR. an. 1628. villa ad Australem Danubii ripam, septem leucis Vindobona in ortum abscedens, Illustrissimi Domini Francisci Antonii Comitis de Abensperg & Traun.

WOLFSPERG. an. 1597. Castrum cis nemus Vindobonense, Illustrissimæ Dominæ Baronissæ de Schiffer, natæ Comitissæ de Herberstain.

WOLFSTAIN. an. 1357. Castrum pervetus *in Graben* dictum, editæ rupi impositum, ad cuius radicem villa cognominis posita est, cis Sylvam Cetiam Exempti Monasterii Gottwicensis Ord. S. Bened.

WOLFPÄSSING. an. 1571. vicus cis nemus Cetium, sub ditione Illustrissimi Domini Caroli Leopoldi Comitis de Zinzendorff.

WÖLLERSTORFF. an. 1449. villa & filia matricis Ecclesiæ in Grillenberg, trans Sylvam Vindobonensem, Illustrissimi Domini Christophori Caroli Comitis de Heissenstain.

WOLVESPRUNNEN. an. 1110. nunc Wolfsprun, vicus haud procul a castro Sonnberg absens, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Ferdinandi Gundakari Comitis de Dietrichstain.

WULDEISDORFF. an. 1108. Wulderstorff, an. 1232. Oppidum frequens & amplum, trans montem Meinhardi, cum omni iure parochiali & temporali Exempti Monasterii Mellicensis Ord. S. Bened. Collata est Monasterio Mellicensi parochia cum decimis an. 1113. a S. Leopoldo Marchione Austriæ.

WYKENDORFF. an. 1056. VVikendorff, anno 1115. modo VVeikendorff, in Marchiacis campis, amplum & elegans oppidum fossa undique vallatum, quod una cum subditis Monasterio Mellicensi ab Ernesto Marchione Austriæ circa annum Domini 1056; parochia vero cum decimis a S. Leopoldo Marchione Austriæ Monasterio præfato attributa fuit. In locum ædium parochialium modernus Reverendissimus, Perillustris ac Amplissimus DD. Mellicensis Abbas Bertholdus, castrum elegantissimum & ad leges architectonices probe exactum e fundamentis excitavit, & profundiori fossa ac firmis pro defensione muris sepivit, idque ex favore & privilegio Augustissimi Imperatoris Friderici fortalitium eo loco construendi de an. 1462. & Bulla Pii II. Pontif. de eodem anno. Huic adsitum est horreum magnitudine nulli in Austria cedens. an. 1621. Hungari & Bohemi pessime hunc locum habuere. Archiv. Mell. Vien. Scrin. 96. fasc. 7.

Y.

YBBS. vide Ibsa.

YNNING. vide Inning.

S. YPOLYTI COLLEGIUM. vide S. Polten lit. P.

YSPER. vide Isper.

Z.

ZÄKING. an. 1598. Castrum iucundis-

dissimi prospectus, cis Sylvam Cetiam ab hodierno Illustrissimo ac Excellentissimo Domino Josepho Comite Jörger e fundamentis magnifice constructum, tum vallis & fossis egregie munitum, estque cum villa cognomini Ducumburgensi Canoniæ & oppido vicinum, quo itidem circumiacentes villæ Klein Ruht, Fändorff &c. pertinent.

ZANIKENDORFF. an 1115. Zankendorff. Zanikdorff. an. 1421. nunc Zanikendorff, quondam villa sub parochiali iurisdictione Monasterii Mellicensis in VVeikendorff, hodie solo æquata & excisa, in Marchiacis campis, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Comitis de VVelz.

ZäSING. an. 1618. Castellum cum parva villa cis montem Meinhard, Illustrissimi Domini Ferdinandi Gundakari Comitis de Dietrichstain.

ZECHNIK an. 1284. Zehentnik an. 1356. in parochia VVeittenensi, cis montem Meinhardi, cuius pagi Coloni aliquot ad Mellicense Monasterium pertinent.

ZEDLMERINGEN PRÆDIVM. an. 1113. In iurisdictione Aignensi, modo in Aigen appellatum, cis Sylvam Cetiam, ditionis Monasterii Mellicensis, sortiturque suum cognomen a præterfluente inibi rivulo, *Zedlmarinspach* dicto. Hoc prædium una cum omnibus colonis S. Leopoldus Marchio in præfatum Asceterium contulit anno 1113.

ZEHENDORFF. an. 1598. villa cis nemus Vindobonense, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci Raymundi Marchionis de Montecuccoli.

ZEKERSTORFF. an. 1589. villa oppido Stokeroviensi propinqua, ad lævam Danubii sita, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Antonii Ernesti Comitis de Gurland.

ZELDERNDORFF. an. 1362. Modo Zellerndorff villa ampla trans montem Meinhardi, ubi vetustissimæ arcis vestigia cernuntur, est Collegio Soc. Jesu Viennæ unita, ius patronatus Monasterium Scotense Viennæ exercet.

ZELKING. an. 1302. Castrum perantiquum altiori clivo insidens, a III. seculo & deinceps nobilis familiæ Zelkingianæ sedes gentilitia, una circiter leuca supra Mellicium ad amnem cognominem situm, paret Illustrissimo Domino Francisco Wenceslao Comiti de Sinzendorff.

ZEWERENDORFF. an. 1115. Zwerndorff. an. 1342. villa in campis Marchiacis, Illustrissimi & Excellentissimi Comitis Nicolai Palfi, Palatini regni Hungariæ.

ZIERSTORFF. vide Cigeistorff.

ZISTERSTORFF. an. 1588. Castrum urbeculæ, cui adiunctum est, muro incinctum, trans montem Meinhardi, Illustrissimi Domini Michaëlis Wenceslai ab Althan. A. 1704. a tumultuantibus Hungaris captum eversumque fuit mille quadringentis e nostris trucidatis.

ZöBING. an. 1227. Oppidum egregium ad Kampium fluvium situm, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Gundakari Thomæ Comitis de Stahrnberg.

ZOLEILSDORFF. an. 1108. Quodam tempore villa & filia cum pagis, Grunt, VVintpozzingin & aliis

post

post consecrationem Ecclesiæ VVullerstorffensis hoc anno ab Vdalrico Episcopo Passaviensi eidem parœciæ unita, cuius tamen ab immemoriabili tempore nullam omnino notitiam habemus.

ZWENTENDORFF. an. 1599. Castellum cum villa ad confinia Moraviæ vergens, trans montem Meinhardi, Illustrissimi & Excellentissimi Domini Generalis Gundakari Comitis ab Althan.

ZWETL. an. 1382. Insigne Monasterium Ordinis Cisterciensis, ad Kampium amnem situm, in confiniis Bohemiæ. Originem suam acceptam refert Hadmaro de Cuopharn seu Chuffarn, nobilissimo quondam Austriæ Transdanubianæ Dynastæ, qui id an. 1138. condidit, colonia ex Monasterio Sanct-Crucensi deducta. Ex Vetustiori huius Cænobii Chronico discimus, idem a Chunrado Episcopo Pataviensi, filio S. Leopoldi Marchionis Austriæ, an. 1159. fuisse dedicatum: Insignem laudem & existimationem conciliat huic Asceterio, quod scribit Anonymus Chronographus Zwetlensis *Recentior*, Auctor seculi decimi quarti, disertis hisce verbis: Anno M CCC XLI. inquit ille, *Illustris Dux Austriæ Albertus una cum Coniuge sua Ducissa Monasterium Zvvetl visitare dignatus est, visisque officinis & diversis Monasterii ædificiis, magis autem ob Divinum cultum & personarum devotionem multum ædificatus & consolatus, cum magna devotione recessit, ipsumque Monasterium cum habitatoribus suis super omnia Monasteria, quæ viderat, approbans & collaudans.* Non procul ab hoc asceterio distat civitas Archiducalis itidem Zwetl dicta, ad eundem amnem posita, quæ anno 1176. a Bohemis exusta, postmodum a Joanne & Leutholdo Chunringiis an. 1323. per vim occupata fuit, cum antea iuris Liechtenstainiensium fuisset.


ZWÖLFFäXING. an. 1608. Castrum cum villa, duabus horis Vindobona in orientem solem disiunctum, Illustrissimi Domini Constantini Josephi Comitis de Gatterburg.

FINIS.

APPENDIX II.

Tabula alphabetica.

Litterarum latinarum in pervetustis diplomatibus et chartis. Mellicensibus occurrentium.



Abbreviationes quædam.

Dei	et	et	et	Iesu	præ	per	prius	propter	quæ	qui	quia	quasi	quam	quod	supra

In nomine Sctæ et individuæ Trinitatis. Udalricus Pataviensis Episcopus est. Quia

A. 1115. in Archiv. Vien. Scrin. 71. fasc. 1.

Anno ab Incarnatione Dñi M. C. XV. Indict. VII. IIII. Id. Febr. Dedicata est Ecclesia.

A. 1115 in Archivo Vien. Scrin. 71 fasc. 1

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis Luipoldus Dei gra-

tia Dux Austriæ et Stiriæ Universis Christi fidelibus præsentibus et fu-

turis In perpetuum

in Archiv. Vien. Scrin. 88. fasc. 1.

Cifræ

4	5	7	1000

APPENDIX II.


SPECIMINA
DIVERSARVM
MEDII ÆVI SCRIPTVRARVM,
QVALES
IN MONVMENTIS MELLICENSIBVS
OCCVRRVNT.

AD LECTOREM.

Quod varia veterum Scripturarum, quæ ſcilicet a ſæculo Chriſti undecimo, & deinceps editæ fuerunt, Specimina ſub Lectorum aſpectum hoc loco collocanda putaverimus, id haud alio conſilio a nobis factum, quam ut iis, qui Tabulariis præſunt, quoquomodo prodeſſemus. Quanquam enim V. Cl. Johannes Mabillonius noſter in præſtantisſimo illo opere, quod de Re Diplomatica *in lucem emiſit, hoc argumentum longe copioſius pertractaverit, tamen quia non in omnium manibus id verſatur, hic qualiſcunque conatus noſter eius defectum utcunque reſarcire poterit. Ex his ſiquidem illi, qui in veteribus Diplomatibus chartisque legendis permultum ſæpe laborant, id aſſequentur, ut eadem & legere, ac probe intelligere nullo fere negotio queant. Illud hic tantum monemus, numeros Litteris adſcriptos illum Chriſti annum ſignificare, quo exaratum fuit vetus quodque monumentum, ex quo hæc ſpecimina exſcripſimus.*

Num: I.


Pars Anterior.



Ignat. Raderer delin.

Pars Posterior.





APPENDIX III.

QVASDAM
SACRAS ET PROFANAS ANTIQVITATES, QVÆ IN MONASTERIO MELLICENSI EXTANT, REPRÆSENTAT.

SACRÆ ANTIQVITATES IN MONASTERIO MELLICENSI ADSERVATÆ.

CRux Mellicensis aurea, & ob rarissimas, quibus exornata est, gemmas, im- Num. I.
mensi pretii, dono data Ecclesiæ Mellicensi ab Alberto I. id nominis Austriæ ab anno Domini 1018. usque ad annum 1056. Marchione, prodigiosam particulam Dominico Sanguine purpuratam continens. Ipsa Sacra Crux tota quanta est, figuram hic exhibitam alterum tantum excedit. De hac Cruce extat integra historia ab anonymo quodam Mellicensi, Sæculo decimo quarto descripta, quam ex authenticis Monasterii nostri codicibus MM. SS. fideliter hic exprimimus, subiunctis aliis nonnullis, quæ ad ampliorem eiusdem historiæ lucem haud mediocriter conferunt.

INCIPIT HISTORIA. DE PARTICVLA S. CRVCIS MELLICENSIS.

QVia generatio preterit, & generatio advenit, ad memoriam autem rerum gestarum nihil melius litteris convenit, sive Scriptis, Ad cautelam nostri nostrorumque posterorum insinuamus noticie presentium fidelium & futurorum, qualiter divina dispositio patentibus claruerit miraculis in parte ligni sanctæ crucis, quæ pre cunctis aliis Ecclesiis Mellicensem ecclesiam ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentem, tanquam

quam aliarum Ecclesiarum dominam inhabitare voluit & elegit. Miranda utique nostris sensibus intonuit nuper novi rumoris veneranda festivitas, & celebris in Monasterio Mellicensi, fama totum divulganda per orbem non immerito recolenda concrevit. Super quibus tanto relatoribus fides est certior adhibenda, quanto facti qualitas, series geste rei verisimiliora videntur habuisse primordia, & auctori fabiliores obtinere noscuntur in tanto Ministerio patratores. Sane olim, sicut habet antiquorum fida relatio, & in lege Mosaica plenius dicitur contineri, priusquam mundo Sacre doctrine lumen apostolice rutilaret Dei providentia, que in sui dispositione non fallitur populo Israelitico, Moise Duce, ad terram promissionis redeunte, fienda salutifere crucis quibusdam sub figuris presignavit misteria; que veniente plenitudine temporis, verbo Dei incarnato, crucifixo resurgente, & celos ascendente iam sancta mater Ecclesia exultans saluberrime credit facta, eadem sua nobis clementia passionis dominice porcione crucis preciose licet in parva, virtutis tamen ingentis, miracula non minima, in prefato Monasterio Melicense suscitavit. Hec licet scripta non appareant manifesta, que si fuerint, tante forte gratie, manus rapuit invida, vel lingwa dolosa subticuit, aut magna ignis flagrantia, que Monasterium dicitur prelibatum graviter exposuisse, & exustionis ipsius immanitate forsitan in cinerem comminuit, ex non nullorum testimonio, qui adhuc favente Domino supervivunt, & alias a multis, qui se illud a progenitoribus suis asserunt accepisse, habetur credibilis certitudo.

Anno quippe incarnationis Domini Millesimo centesimo septuagesimo, veridica testante scriptura, eandem porcionem salutifere crucis auree cruci cum aliis reliquiis inclusam, quidam Clericus minister Sathane Rupertus nomine, auri cupiditate illectus furatus erat. De quo furto, propter communem ad Deum, & devotum Ecclesie clamorem publicatus est, & deprehensus, & judiciali insuper sentencia suspendio vitam finivit. Propter quod Reverendus in Christo Pater & Dominus, Dominus Adalbertus Sancte Saltzburgensis Ecclesie Archiepiscopus, & Apostolice sedis legatus hiis in magna delectatione cordis auditis, habitaque super hoc meditatione sollicita, velut pastor bonus ad ovile Domini congregans vigilantius gregem suum, & tanquam doctus puppis Apostolicæ remex, portum quietis desiderans parare fidelibus, ac salutis, attendens quoque dignum fore Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum Mellicensem Ecclesiam, qui caput fuerunt fidei & Ecclesie precipui fundatores, magna honoris & reverentie prerogativa gaudere, si ut pretiosissimum lignum & iidem eo amplius honorentur, quo eodem Mellicensem Ecclesiam, quæ in eorum est dedicata honore, devocius fuerit a fidelibus frequentata. Hanc solempnitatem in Mellicensi Ecclesia tercia decima die mensis Februarii solempniter celebrandam instituit, & prout decet, instituta solempniter observatur. Quando Venerabilis Crux a præfato Ruperto Clerico furata, a Wienna usque ad Nusdorf in navi sine nautis & amplustribus supernatavit, de quibus ambiguitas fideli cuique nulla esse debet, ex eo, quod in retroactis temporibus facta fore asserantur, sed maior fides eo amplius est adhibenda, quo eodem preciosum Sancte Crucis lignum sua virtute, stupendis inauditisque miraculis, in aqua non dissimiliter & in terra, nostre etatis clarius effulsit temporibus, sicut infra notatis iam patebit.

Anno

Anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, fuit quidam Otto Grimsinger cognomine, civis dives in Emmerstorf, qui in confinio Mellicensis Monasterii affines dinoscitur habere non paucos. Hic itaque amencia magna, & stimulo Sathane longo animadvertebat tempore, quali modo Sancte Crucis lignum venerandum a Mellicense Monasterio deferret, & illuc, ubi pro eo se credebat remunerari traduceret, Is etiam quasi Dominorum collactaneus eorum raro defuit solaciis, fidelem forinsecus se simulans, infidelitatem tamen & viciorum mala unde vitari debuit, intus contexit, & hominibus quorundam demonstrantium operum de solo foras iustitie colore blanditus est. Accidit hoc itaque decima die mensis Novembrium, quando ea nocte ceteris amplius cibis, & in potibus vulgus convivare assuevit, quod prefatus Otto Grimsinger perfidiam, quam diu tulit in pectore non segniter satageret perficere. Nam fratribus in eorum collatione sedentibus, clavibus quibusdam alternatim secundum formam iustarum clavium cere impressam limatis, sacristiam aperiens Sancte Crucis lignum in papiro tunc positum, quod Illustris Princeps & Dominus, Dominus Rudolffus quartus Dux Austriæ &c. parvo antea tempore de aurea cruce posuit; voluit enim, sicut fecerat, eam auri pondere augmentare, & aliam crucem deauratam, que pectoralis Abbatis dicitur, cum reliquiis inclusis, & infulam & calices, cum aliis ad altare attinenciis, furtive usque in Raekkin ad Danubium deportavit. Qua de re amencias se magnas & membrorum dissolutionem ibidem, & ante in sacristia sustinuisse professus est, sed sic attritus, a sua via mala non est reversus, & naviculam, quam ibi reliquerat ascendens, deferre in aqua voluit, & infra Schönpüchl, Deo volente nequaquam potuit; qui mutato animo & itinere Danubium transfretavit, & in domum suam hec omnia deferens per aliquot ibi dies secum latenter servavit. Interea dum Domini dormitum irent, & Dominus Bernhardus Dapifer dictus, tunc temporis custos Sacristie pro emendatione lucis, quod tunc intus ardebat, vellet intrare, Sacristiam apertam inveniens maxime expavit. Aliquibusque intrantibus hec omnia exportata cernebant, sed quis fecerit, quove devenerint, ignorantes, maxime turbati sunt. Huius itaque direptionis cum aliquod iam tempus transisset, nec ab aliquo sciscitari posset, quisnam abstraxisset hec, nescio, quo malignus iste Spiritu ductus fuit, quod quadam nocte quendam Kerner dictum adiit, mutataque, ne agnosceretur voce, rogabat eum, ut litteram, quam sibi per fenestram tribuit, Domino de Haselpach presentaret, & sic incognitus ab eo recessit, famulusque sicut sibi supplicaverat, litteram Domino Abbati apportavit, qua lecta coram eo, tenor scripture talis erat. Surreptionis Sancte crucis, aliarumque rerum obnoxius nemo tenetur Priore dumtaxat & fautoribus suis exceptis. Et in huius rei testimonio queratur in Cellari Prioris & ibidem invenietur infula dilapidata & ornatu suo privata. Intellecto igitur hoc Dominus Abbas hec inquirere ilico precepit, sed everso Cellari toto, horum nihil, ut mentiebatur, inventum est. Nam infulam ornatu suo privatam, in cameram unam, quam cellare credidit esse Prioris nequiter ipse nequam per fenestram iactavit. Voluit enim sue infidelitatis culpa innocentes etiam illaqueare. Verum ut dicit Katho: Nolo putes pravos homines peccata lucrare, temporibus peccata latent, & tempore patent; ita cum iste sceleratus malum malo

aggregare niteretur, laqueis, quibus aliis noxam furti irrogare conabatur, se ipsum & suum complicem quendam Petrum scriptorem, & huius furti adiutorem, qui scripsit litteram ante memoratam, irretivit, insuper eius maleficia haut dubie Deo disponente tali modo patenter enituerunt. Factum est, ut multi legerent litteram, quam nuper ex parte Gothsalici de Haselpach Domino Abbati miserat, unus tunc temporis de servis Henrici Mutuarii in Emmerstorff Baltherus nomine, cum legisset litteram, in scriptura statim novit, quis eam scripsisset, & tenorem littere, non in malum alicuius, quam Domini sui, qui Domino Johanni Priori pre ceteris erat, confectum solum ex informatione Ottonis Grimsinger arbitrabatur. Quam ob rem ipse Baltherus & sui conservi statuerunt inter se, ut scriptorem vel plagis afficerent, vel penitus occiderent. Sed ne hec ita fierent, Dominus Abbas intervenit, & potiori consilio in Emerstorff IV. Kalendis Decembris captivatus est, & carceribus in Weitenegk mancipatus, qui furti noxam protinus, & furtum causantem ducentibus ipsum innotuit; sed ne vero alter nequam videlicet Otto Grimsinger premonitus discederet, idcirco non palam loquebantur, quod ipsis scriptor denudavit. Veruntamen idem Grimsinger audiens scriptorem apprehensum captivumque duci in Weiteneck accinctus gladio & accepta balista, quia erat vir pulcher, fortis & velox, velociter ad Danubium cucurrit. Interrogatus vero, quo tam cito festinaret? finxit se unum velle insequi in aqua, qui pecuniam sibi deportasset, sed Danubium usque Schönpüchl pro refugio transfretavit. Cum autem securitas aliqua ibi non habere meditaretur, profugus ire cepit, ingrediensque secreto domum suam pectorale Domini Abbatis fixit in tectum domus sue, & calices cum aliis clenodiis in epicauterio coquine in quodam foramine reconditis. Sed verum lignum Sancte Crucis secum sumens, ut Imperatori deferret, iter versus Bohemiam arripuit. Arrepto itaque itinere, cum iam profectus esset, quantum est unius miliaris, videlicet in Lach ad Ecclesiam Beate Marie Virginis, destitutus est vigore corporis, atque divinitus ita impeditus, ut extra Cimiterium pedem ponere non posset. Et cum secundo & tertio * aufferre attemptaret, & destitutione virium impeditus cimiterium exire nequiret, tandem Ecclesiam intravit, coram altare Beate Virginis Marie genua flectens, cum merore lacrimas fudit, & lignum Sancte Crucis recondidit sub lapide, super quem ob reverentiam corporis Cristi flectitur, & sic cum gemitu magno profugus abscessit, sed confinia ibidem excedere non poterat. Interea Heinricus Mutuarius, & Conradus frater eius statuerunt exploratores, ut sagaci inquisitione ipsum illaquearent vinculis. Quod etiam ita accidit, nam unus ex exploratoribus Martinus Cholczner nomine in sexta feria scilicet IV. Nonas Decembris vidit sororem ipsius Grimsinger emere pisces multos. Ex qua re cogitavit mulierem tantos pisces non propter se, sed propter fratrem suum, qui splendide semper epulabatur, emisse, & exinde Heinricum Mutuarium, & Conradum fratrem eius adiit, & ipsis rem taliter indicavit; Qui eadem nocte, aliquibus de Weiteneckh secum assumptis, domum eiusdem mulieris circumvallabant custodibus, evertentes etiam domum, eum non invenerunt. Tandem inquisitus in horreo mirabiliter acerbo straminum est repertus, quadam studiose in scrobe detectus est, ex qua eum nudum extrahentes vestibus cum induerunt, & apprehensum duxerunt in domum

* Auffugere credo legendum.

prefati

prefati Conradi. Vbi dum eum cum pedibus vinxissent, & rebus suis privassent, duxerunt eum in Weiteneckh castrum carceribus mancipandum. Dum vero super direptione ligni Sancte Crucis aliarumque rerum interrogaretur, statim se abstulisse non negavit, sed hec neminem nisi seipsum posse inveniri asseruit. Quare ipsum extrahentes e carcere, equo ligatum pedibus imposuerunt, atque in propriam suam domum duxerunt in Emerstorf, ubi pectorale Domini Abbatis, & alias res, preter lignum Sancte Crucis monstravit invenienda. Hiis itaque pectorali videlicet & ceteris inventis, negantem, quod abstulerit lignum Sancte Crucis, vinctum reduxerunt iterum in carcerem. Altera vero die peciit, ut educeretur, affirmans se monstraturum lignum Sancte Crucis; quod in Ecclesia Beate Marie Virginis recondiflet in Lach. Quapropter e carcere ad Ecclesiam ductus solus cum Hermano scriptore de Weiteneck ceteris pre foribus expectantibus, in Ecclesiam ingrediens flexis genibus ante Sacramentum Dominici corporis, lignum Sancte Crucis, quod antea ibi asconderat, subito reassumsit occulte, & capicio latenter imposuit: Sperabat enim omnia sua gravamina alleviari, si secum portasse potuisset. At vero Hermanus hoc vidit, coëgit eum, quod super aram id poneret, quod ibi accepisset. Et posita super altari cruce, qui pre foribus expectabant vocati, Ecclesiam intrabant, & sic Dominus Ruetelperger, & Dominus Atzenpruker fratres Conventus lignum Sancte Crucis acceperunt trans Danubium reportantes, ubi Dominus Abbas Johannes Redeprunner dictus, totusque Conventus cum magna multitudine exspectabant, solempni cum processione, cappis videlicet, vexillis, instrumentis musicalibus, & compulsationibus omnium signorum, reverenter, ut decuit, susceperunt, reportantes VIII. Idus Decembris anno prehabito. Sed huius eiusdem Sancte Crucis Solempnitas inventionis in crastino Sancti Nicolai Episcopi & Confessoris celebratur. Clientes autem de Weiteneckh reduxerunt Ottonem Grimsinger in carcerem, quem postea in die Sancti Thome Mart. propter hoc furtum, & alia scelera, que commiserat, iudiciali ex sententia in cineres comminuerunt: Scriptorem vero totius furti adiutorem Petrum, quem fortassis iussu Domini Abbatis comprehenderant, liberum permiserunt abire, conditione tali, ipsometipso dictante talem sententiam, ut quandocunque in confinio ibidem apprehenderetur, illico pena patibuli occumberet. Quod parvi temporis spacio haut dubium, divino iudicio disponente ita accidit, & pena patibuli, ut dignus erat, universe carnis viam cum pudore profectus est. Quia vero Omnium Sanctorum Solempnitatum totus mundus est particeps, & unius fidei pietas exigit, ut quicumque pro salute universorum gestum recolitur, communibus ubique gaudiis celebretur. Veruntamen harum inventionum Solempnitates speciali & propria Mellicensi Ecclesie exultatione venerande sunt, ut ubi infidelium partem ligni Sancte Crucis diripientium temerarius propulsus est ausus, ibi in diebus earundem inventionum sit fidelibus leticie principatus. Præstante Domino ac Salvatore nostro Jesu Christo qui eandem Venerabilem Crucem suo precioso Sanguine decoravit, & per ipsam a maledicto mortis nos liberavit, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & dominatur per infinita seculorum secula Amen.

MIRA-

MIRACVLVM DE SANCTA CRVCE MELLICENSI.

Vnum ex pluribus, quæ Dei Clementia in hac venerabili particula Sancte Crucis mirifice ostendit, ad prehabita non ascribere in memoriam fidelium non possumus. Sicut superius continetur, quando Venerabilis Crux Wienne apud Schotos inventa memoratur, didicimus ex nostrorum relationibus Seniorum fide dignorum: quod inter Venerabiles Patres & Dominos, Dominum Abbatem Mellicensem, & Dominum Abbatem Scotorum pro obtinenda sancta cruce iam dudum furata, quisquis Ecclesie sue tolleret, orta fuit dissensio. Et ecce in eadem mutua oppositione Abbatum per arbitros decretum est, ut segregatis in partes Abbatibus, crux Sancta in ipsorum medio poneretur. Si tunc alicui ipsorum sine amminiculo mortalis, implorato ad hoc divino auxilio donaretur, in iurisdictione servaret sua pacifice eciam frueretur. Quocirca hiis ita peractis occultorum omnium cognitor Deus, qui non solum non privat bonis suis ambulantes in innocentia, sed reddit etiam cuique quod suum est, Domino Abbati Mellicensi in suas manus iam dudum subreptam Sanctam Crucem miraculose cunctis coram astantibus recommendavit, & ut sua dinosceretur plenius, in aqua, ut prelibatum est a Wienna usque Nusdorff gloriose approbavit.

PROTESTATIO

Ad memoriam futurorum Illustris Principis Domini Rudolffi quarti Ducis Austriæ, &c. de præfata Cruce huius Monasterii per ipsum comparata, ut patebit.

NOs Rudolfus IV. Dei gratia Archidux Austrie, Stirie, & Carinthie, Dominus Carniole Marchio, ac portus Naonis, Comes in Habspurck, Tirolis, Ferretis & in Kiburgk, Marchio Purgavie, nec non Lantgravius Alsacie. Profitemur, quod hanc Crucem ob Dei reverentiam, & ob specialem amorem Sanctissimi Martyris Colomanni comparavimus, & multorum reliquiis Sanctorum ab intra decoravimus, sub Anno Nativitatis nostre vicesimo quinto, dominationis nostre Anno sexto. Regnante Imperatore Karolo IV.to & Vrbano Papa quinto, scilicet Anno Domini Millesimo tricentesimo sexagesimo tercio.

MONITVM

Prædicta protestatio, eo plane modo, quo hoc loco exhibuimus, olim aureæ basi Sanctæ Cruci inscripta habebatur, qua basi, nescio quo casu dudum deperdita, alia argentea substituta fuit.

De eadem Sancta Cruce habentur in genuino Chronico Mellicensi sequentia.


Hanc preciosissimam Crucem, que multis miraculis hic claruit Venerabilis Pater Dominus Nicolaus Abbas & Reformator huius Monasterii Anno Domini M. CCCCXX. in die quatuor Coronatorum hora Nonarum propter Suspicionem hominum tollendam, & ut omnino certitudo de hoc haberetur, aperuit in presentia multorum tam Religiosorum Fratrum huius Conventus, quam Nobilium, & Civium fori ad hoc specialiter in testimonium vocatis. Inventeque sunt tres partes istius vivifici ligni, quasi in medio ipsius recluse sub laminis aureis, quarum quelibet videbatur longitudinis, quasi Semi-

Num.




Num. II.


Pars anterior.



Pars posterior



Num. III.



Ignat: Raderer delin.


Num: IV.




A

Num. V.

Pag. 297.



Semidigitalis, non tamen spissa. Postquam vero plene sunt conspecte ab his, qui aderant, reposite sunt ad locum priorem, & ibidem recluse cum ceteris reliquiis Sanctorum, quibus ipsa Crux ubique intus plena est.

LANCEA S. MAVRITII MART. ET CRATER S. VDALRICI CONF.

Lanceam Sancti Mauritii Mart. una cum Cratere S. Vdalrici Episcopi Augustani contulit Mellicensibus Ernestus Marchio Austriæ, prout constat ex historia fundationis Cænobii Mellicensis, ex qua verba quæ in hanc rem faciunt, excerpta huc apponimus. Num. II.

Adalbertus autem Marchio moriens Anno Domini M. XLIII. VII. Kalend. Junii filium reliquit Ernust, hic contulit loco nostro Medlicensi Lanceam S. Mauricii, in qua impressa videtur porcio quedam Dominici ligni Sancte Crucis, quam Angelus Dei ei impresit. Et Craterem S. Vdalrici Episcopi, & Augustini Confessoris. Ita codex noster M. S. Signatus littera H. Num. 104. fol. 29.

Anterior & posterior pars lanceæ, duorum pedum mensuræ nostræ Viennensis. Quosnam geminæ imagines insculptæ præferant, haud satis compertum habemus. Credibile admodum fuerit alteram ipsum Ernestum Marchionem, alteram Schvvaenhildem eius Coniugem designare.

Ipsum ferrum autem, ea longitudine & figura se habet, quemadmodum hic repræsentavimus. Nu. III.

Crater efformatus est ex cucurbita, interinsecus laminis argenteis undique vestitus. In ipso fundo se offert effigies Episcopi Sedentis, fortassis ipsius S. Vdalrici. Nu. IV.

VETVS SEPVLCHRVM.

Sancti Colomanni Regis & Martyris, ac Singularis Cænobii Mellicensis Patroni, cuius inscriptio huiusmodi est: Num. V.

Rudolphus IV. Dei gratia Archidux Austrie, & Karinthie, Dominus Carniole, Marchie, Portus Naonis, Comes in Habspurg, Veteris Khyburg, & Athasis Marchio Burgundie, & Landgravius Alsacie me fecit in honorem S. Colomanni. Anno Domini M. CCC. LXV.

Nomina Sanctorum circa idem Sepulchrum collocatorum.

S S. Mariæ Magdalenæ, Hippolytus, Laurentius, Vdalricus, Stephanus, Mauritius, Paulus, Catharina, Beata Maria Virgo, Barbara, Petrus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, Augustinus, Benedictus, Joannes Baptista.

Ad pedem huius sepulchri legitur in tabella marmorea, quam Angelus tenet, sequens versus:

Hoc renovabatur, Colomanni altare Beati
Caspar Cænobii Melicî cum Sceptra tenebat.
Mense Augusto A. 1594.

Jam subiungimus vitam S. Colomanni Martyris ex codicibus MM. SS. Mellicensibus ab Erchenfrido III. Abbate Mellicensi conscriptam.

Incipit Legenda de Sancto Colomanno Martyris.

Prologus. Princeps Apostolorum Beatus Petrus audiens à Domino mundi contemptores centuplo hic remunerandos emolumento, & in futuro vitam

tam eternam poſſeſſuros cum Chriſto multas aſſeclarum, copias ſue Converſionis acquiſivit exemplo. Conſiderantes enim, que & qualia ſunt, que repromiſit Deus diligentibus ſe, ſpreverunt ea, que in mundo poterant habere. Vite perhennis poſſeſſione ut mererentur diteſcere. Horum quorundam converſionem converſationemque nobis commendat fidelis hiſtoria, ut illorum apud ſuperſtites per ſecula vivat memoria. Quocirca nos quidem officio ſterili poſteris commendare dignum duximus, que in noſtra regione & noſtris quoque gratulamur acta temporibus.

Regnante glorioſiſſimo Imperatore Heinrico, qui tertio Ottone mortuo Romanorum preponebatur Imperio, plures pro nomine Chriſti peregrinantes iter direxerunt per regna eius dicioni ſubdita, que tanta fuit prefati pietas Imperatoris, ut in illo ſitum eſſet grande ſolamen peregrinis, preſidium pacis, refugiumque miſeris. Accidit autem quendam Colomannum nomine Scotice gentis oriundum, peregrinationis iter arripere, terreſtrem celeſtis amore Jeruſalem, cum aliis, quibus eadem mens erat expetens inviſere. Venit itaque in Orientalem Norice regionem, cui a plaga orientali Pannonia, ab confinis adiacet Bohemia, harum naciones regionum, populis Norice telluris, admodum tunc temporis erant moleſte, eo quod ab illis ſepe numero ſint turpiter humiliate, devicte, multisque modis miſerabiliter afflicte. Inde contra virum Dei orta eſt falſa ſuſpicio, tanquam veniret miſſus a predictis nacionibus cauſa explorationis, ac prodende regionis. Hac ſuſpicione furioſe plebis animi adeo incanduerunt adverſus famulum Dei, ut ſcopis atrociter caſtigatum traderent ad cuſtodiendum. Poſtera die Judici preſentandum. Sed invictus Chriſti miles parvipendens breve labentis vite ſpacium, mentis ſue conſtantiam viriliter corroborando preparavit ad ſupplicium, cupiens adipiſci coronam legitime certantibus promiſſam, quod ſicut Apoſtolus ait. Nemo coronabitur niſi, qui legitime certaverit. Vt autem ventum eſt ante Judicem, modeſtiam, quam in animo habuit ſermone, vultu & habitu demonſtravit. Interrogatus itineris ſui cauſam veraciter expoſuit, aliud quicquam confiteri, quam quod res erat, compelli nunquam potuit. Tunc Judicis edicto aſperis horrendisque cedebatur verberibus, ut ſi explorator eſſet, ſaltem confiteretur victus penarum doloribus. Sed fortiſſimus Athleta Colomannus, qui ſolvi & eſſe cum Chriſto cupiebat, acria tortorum flagra, lapides, ovaque fortiter ignita, candentem quoque forcipem, qua quidam perverſus malleator, corpus eius miſerabiliter vellendo cruciavit, ſerrantiam, qua crura eius lacerabantur, conſtanter innixus preſidio Chriſti nullificavit. Carnifices vero cernentes invictam viri Dei conſtanciam, animam eius tormentis, ſicut aurum, quod in fornace probatur excoctam, tandem extorſere ſuſpendio, duobus latronibus ſuſpenſis cum eo. Horum carnibus frequenti morſu avium, beſtiarumque dilaniatis, ac putredine conſumptis Sancti viri corpuſculum, unguibus cum barba, ceſarieque creſcentibus, materiali corruptione procul remota floruit, Inſuper torta, in qua pendebat fronduit, impleta prophecia pſalmographi, que ait: Juſtus, ut palma florebit. Incolis autem regionis eiusdem novo & inaudito ſtupidis miraculo, contigit cuiusdam Rumaldi filium morbo debilitari podagrico. Patre vero ſuper hac re graviter anxio, & quid ageret dubio, quodam nocte ſibi revelabatur in ſompnis, filium ſuum priſtine

ſtine

stine sanitati restituendum, si locus morbi oblinirentur carne strangulati videlicet hominis. Igitur experrectus, & tali visione solito quidem hilaris effectus, accuratissime queri, & afferri medicinam misso festinanter precepit nuncio, quam predicta sibi revelavit visio. Prefatus ergo nuncius, postquam devenit ad locum, ubi venerabile corpus pendebat, infixa lancea frustum carnis de sura pendentis, ut iussus erat, abstulit, & mox mirum in modum magna sequebatur copia tam calidi cruoris, ac si anima adhuc servaretur in hospicio corporis. Hoc viso, legatus velut attonitus expavit, tamen deferenda ad Dominum suum perferens rem, ut gesta erat pleniter enarravit. At puer, cuius causa fiebant hec, allate carnis medicamine tertio oblinitus surrexit incolumis, viribus innitens propriis, qui prius ad surgendum vix utebatur alienis. Tali modo ipse sibi redditus indefessas gratias retulit Deo, & Beato Colomanno, cuius per merita pristina sanitas est ei restituta. Hiis itaque gestis idem Rumaldus iter faciens divertit ad patibulum, ubi sancti viri corpus erat pendens, intuitus autem diligentius, tam ipsi, quam omnes, qui secum advenerant, & ille potissimum, qui causa abscindende carnis missus fuerat, nam & iis in eodem comitatu aderat, admirabatur, non solum non factum vulnus, sed nec cicatricem vulneris in corpore pendentis apparere. Ita enim divina prestante gratia, diminucio illa fuit reintegrata, ut nullum omnino cicatricis vestigium reperiri posset in illo. Quidam autem venator, cuius precordia frigore obriguerunt perfidie, si verum est, inquit, quod asseritur, ut de isto cadavere cruor decurrat calidus, hoc ego iam sum comprobaturus. Arrepto itaque venabulo, Venerabilis viri latus perforavit, unde confestim sanguis ubertim profluens, ipsum, & cui insidebat iumentum sacris imbuit reliquiis. Rumaldus autem, & qui cum eo aderant vise rei formidine trepidi, non parva multitudine Cleri, & populi coadunata decreverunt Beate memorie viri corpus sepeliendum deponi. Si quis autem nosse velit, quantum temporis spacium pendendo impleverit, integrum annum computet & dimidium.

Est autem prope Danubium quedam speciosa, & delectabilis augea, in qua noviter constructa fuit Basilica, illuc predictus Dei famulus, utriusque sexus tripudio & plausu deferebatur humandus. Sequenti igitur anno Danubius effreni licentia litorum curvitates evagatus pleraque edificia suis viribus eruta, funditus ingurgitavit, & queque loca sibi contigua, estuantis diluvii copiis inebriavit. Atrium autem Basilice, iuxta quam Beati Colomanni Cadaver venerandum humatum quievit, tanta diluvies replevit, ut medietas Ecclesie, prevalentibus aquis vix appareret. Sed Omnipotentis Dei clementia per famuli sui merita nova ostendit miracula, & nostris quoque seculis inaudita. Nam tumulus, quo claudebatur corpus ipsius aquarum diluvie non attingebatur penitus, fluctibus enim undique sevientibus, locus sepulchri aprica viriditate fruebatur, quasi muri validi fuisset munimine circumdatus. Quidam autem piscator, quem vacui ventris furor, & rerum habendarum inopia compulit vagari per Danubium, aquarum violentia impulsus, ad eundem pervenit locum, vidensque insoliti miraculi prodigium, prore gubernaculo paululum demisso, vehementer obstupuit. Sed mox ad se reversus, sue aliarumque villarum civibus ipsam rem iterum attonitus predicavit, illi autem arreptis navibus festinabant videre magnalia Dei, &

videntes admirati sunt, dicentes: Sicut audivimus, sic vidimus, deinde Omnipotentiam Dei hiis glorificabant vocibus: Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus.

Huius tam preclari stupendique miraculi fama ad aures Heinrici Marchionis pervenit, rumoribus allata; Qui statim missis Clericorum ordinibus, & quibusdam milicie sue Primatibus precepit, ut in suam civitatem honorifice transferrent miraculo glorificatum corpus, venerunt autem missi ad sepulchrum, sed priusquam impresso Sarcophagum tangeretur fossorio, tanta miri & insoliti odoris occurrit eis fragrancia, ut omnes, qui aderant, lacrimis maduissent, effusis pre gaudio. Aperto itaque Sarcofago invenerunt Sancti viri corpusculum ab omni corruptione penitus illesum, ac si eadem die esset humatum. Consideremus ergo, quanti meriti Sanctus iste sit apud Dominum, qui tantum temporis in tumulo quievit, quantum in patibulo pendens adimplevit, & tamen corpus eius corruptionis detrimentum non novit. Nam a die illius suspensionis usque ad diem translationis totum triennium transiit temporis.

Elevato igitur desiderabili thesauro, & lintheis palliisque ad hoc preparatis involuto, optatum iter primo arripuere diluculo, fugiente procul adversitatis infortunio. Non autem parvam multitudinem sequi & occurrere visa auditaque compellebant miracula, laudes, hymnosque referentes viventi, & regnanti in secula. Instante autem noctis iam crepusculo diverterunt ad Ecclesiam non longe a via positam, cupientes in illa noctem divinis laudibus, posito transigere corpusculo. Cumque omnes vigiliis preterite noctis, ac lassitudine itineris victos, languor opprimeret soporis, quidam adventicius Clericus ceteris dormientibus leviter arripiens Beati videlicet hominis pedem, resecto pollice mutilavit: Vnde vix sedandi sanguinis ubertas profluens pavimenta irrigavit. Orto autem die, cum elevato corpore dirigerentur in itinere, occurrit quidam infirmus nomine Adalgerus, adductusque ad feretrum sue infirmitatis imploravit remedium, cumque oratione completa surrexisset, unicuique membrorum proprio officio pleniter innitebatur, ut suis fortiter gressibus insistens & manibus crucem portans ante feretrum, usque ad locum Sepulchri tripudians ac Deum glorificans graderetur. Clerici vero, qui sacras deferebant reliquias, hec cernentes cum cetera multitudine laudibus extulerunt Dei magnalia, & Sanctum eius Colomannum, cuius per merita signa fiebant talia.

Hac gloriosa iocunditate tandem pervenerunt ad civitatem Medlicum, in qua preciosi thesauri pignora Heinrici Marchionis iussu fuerant reponenda, ubi in Nonis Octobris Dominice incarnationis Millesimo quintodecimo anno Optimatum consilio posuerunt eum in Ecclesia honori Principis Apostolorum dedicata, Australi in abside, ubi plurima per illum mirabilia iugiter operatur Dei virtus & Dei sapientia, que cum Patre & Spiritu Sancto vivit & dominatur per infinita secula seculorum Amen.

Sequuntur miracula ex pluribus pauca, quæ circa præsens Sepulchrum post eius sacri corporis illuc translationem gesta sunt.

EX multis mirabilibus, que Dei Clemencia per suum fidelem famulum ostendit, pauca, que nobis videndo cognita sunt, perstringimus, ut fideles

les vero convertantur & meliorentur. Posito itaque in Ecclesia sacro corpore, multi quottidie veniebant, & secundum quod unicuique copia erat, oblationes deferebant ad Sanctum, quas quidam nomine Huzo, stimulo Sathane incitatus, ad furandum, nocte per fenestram intravit. Cumque super sepulchrum viri Dei staret, & ea, que ad laudem Sancti suspensa pendebant diriperet; ut dudum mentem humanam, ita demum faciem suam amisit, & caninam accepit, & pro verbis latratum fudit, quem cum edituus regrediens latrantem in Ecclesia audisset, expavit, & non audens accedere, donec cives ville vocaret, eorumque congregatione confortatus hostium aperuit & intravit. Ignorantibus autem ceteris quid esset, hominis Dominus, nomine Wilhelmus, nam & ipse aderat, vestibus fuisse servum suum cognovit, & quid agerent ignorantibus, hoc consilium placuit potissimum, ut ad sepulchrum viri Dei traderent illum. Quod cum factum fuisset, & multitudine circumstantium orante, pristinum recepit vultum, & oris officium, ac ita usque ad finem vite sue in servicio degebat Fratrum, cuius adhuc filia in nostro est servitio.

Hac igitur fama S. Colomanni magis magisque crebrescente Petrus Rex Vngarorum est accensus, quali modo posset hoc acquirere, & in suum regnum traducere Sanctum corpus. Hoc eo meditante Trevirorum Archiepiscopus Poppo, Marchionis Heinrici prefati Frater, ab Jerosolima rediens venit in regnum eius. Quod Rex, ut audivit, magno gavisus gaudio, ad se vocavit, sperans effectum sui desiderii, per eum se inventurum; quod ita est etiam factum. Cum enim vocatus veniret, sicut utrumque decuit, Regem videlicet & Archiepiscopum, honorifice eum suscepit, magnifice habuit, gloriose tractavit. Hiis, ut sepe fit inter bonos, Archi-Præsul vicissitudinem cupiens rependere, quicquid Rex ab eo desideraret magna pollicebatur, & bona se voluntate facturum. Hiis auditis Rex factus multum hilaris, quod diu animo volvebat, optimo Presuli verbis exponebat. Sed quanto Rex ex verbis Pontificis fuit letior, tanto Pontifex ex verbis Regis factus est tristior. Anxius enim herebat animo, quid ageret, promittere non audebat, veritus se non posse apud Fratrem impetrare, timuit vero negare, nam formidavit, si negaret, ut vi, sicut factum est, cogeretur. Postquam enim Rex vidit illum stupentem, minatus est, si non faceret, vincula & carcerem. Hiis minis victus Episcopus, cum promitteret, constrinxit eum Rex Sacramento, ut quod promisit, sine dubio fieret. Veniens itaque Episcopus ad Fratrem, magna afflictione cordis aperuit, & lacrimis, quod violencia compulit Regis. Marchio autem, ut semper fuit vir bonus & prudens, ne qua macula optimum suum genus fuscaret, quamvis invitus, decrevit tamen facere, quod Rex coegit fratrem suum iurare. At postquam delata sunt sacra ossa Regi in Vngariam, retro lapsa est res eius: Nam aëris siccitas, terre sterilitas, fames & mortalitas, totum regnum eius in tantum urgebant, ut penitus interire se crederent. Miserunt autem ad predictum Marchionem Heinricum postulantes legatos mitti, qui digne sancti reportarent ossa viri. Missis itaque Religiosis viris, videlicet Clericis & Laicis, sacra ossa receperunt, & Regi, suisque veniam pro delictis dantes, ad laudem & gloriam nominis Omnipotentis Dei, in predictum locum Medelicam honorifice deportarunt.

Nec pretereundum est, qualis vindicta Dei persequebatur eos, qui se-

pulchrum fregerunt, & sacra ossa extulerunt. Clericus quidam paralisi morbo percussus, lingue officio est privatus. Faber vero ferrarius, qui primus fregit Sarcofagum & aperuit, hac ultione divina est percussus, ut maxilla eius per integrum annum penderet super lectum, in quo ipse iacebat infirmus.

Nec hoc silebimus, quod quidam pictor, nomine Ludovicus, dum sederet iuxta sepulchrum Beati Colomanni causa pingendi, elevatis palliis sepulchri introspexit, & confestim omni destitutus est membrorum officio, donec publica voce confessus est, qua de causa hoc meruisset, & veniam petens promisit, quo ad usque viveret Sancto Colomanno se esse serviturum quantum posset, & ita Dei gracia & per famuli sui merita periculum evadens, sanitatem recepit.

Quadam nocte inter matutinales laudes, quidam nomine Gnanno, qui mutus quinquennio, in servitio erat fratrum, cum de monte descenderet pro deferenda aqua ad suum ministerium, visus est sibi, quasi quidam lineo fune ligato circa brachium vi eum traheret ad sepulchrum viri Dei. Qui cum a circumstantibus, quid quereret, aut quid vellet interrogaretur, manibus innuit, orandi spacium petiit, & sic inter orandum loquendi facultatem accepit.

Filia quoque Comitis Wolfradi muta & curva, eodem modo est allata, sed gratia Dei per merita Beati Viri loquens, & erecta crucem de sepulchro ad maius altare Sancti Petri Apostoli portavit.

Alia quedam puella, cuiusdam Hermani filia adhuc superstitis, ceca, muta, curva a matre est illuc adducta, que oratione Fratrum per merita Beati Martyris Cholomanni & visum, loquendique usum, cum integritate aliorum membrorum recepit.

Tertia puella venit manibus, genibusque repens, crura pedes huius traxit, que inter missarum solempnia surrexit, & a sepulchro ad maius altare Sancti Petri Apostoli progrediens, gracias Deo sue sanitatis retulit.

Vir quidam tanta infirmitate correptus est, ut uno oculorum eius in modum crathere extra locum tumore eiecto magna, spe recuperande sanitatis a Beato viro auxilium flagitavit. Sed cum consumptis, longisque precibus, & multis effusis lacrimis, nil sospitatis sentiret, recessit flens & eiulans, atque dicens: Hew, hew o Beate Martir Colomanne. Vnde hoc merui, quod ego solus omnium, quorum tu misertus es, nullam gratiam apud Te inveni! & aliis, que dolor dictat vocibus multiplicatis, in ipsa peragebat via, quam desperabat, salus sibi subito concessa est. Percepta igitur hac gratia, flexis genibus in terram tantus perfusus leticia, quanta prius mesticia, regressus magnificans & laudans Deum, ac salutis pium impetratorem Colomannum.

Aliud quoque miraculum in quodam Rudolfo accidit, hic omnium preter oculorum & lingue membrorum officio destitutus, vehiculo ad ianuam Ecclesie ductus, & ad sepulchrum famuli Dei manibus in sella deportatus est. Domino itaque Abbate cum Fratribus orante, clementiam Dei tam velocem sensit, quod sine mora, propriis viribus equum ascendit, & hilaris repatriavit.


Hec & pauca ex multis, que Dei clemencia ad laudem & gloriam sui nominis, & honorem Beati Colomanni operata est, & quottidie operatur digessimus, ad fidelium corroborationem, & infidelium conversionem, ne quis id, quo indignus est, presumat, neque illud, quod gratia Dei valet, consequi pertimescit. Amen.

Sequens

Sequens adnotatum legitur in quodam pervetuſto codice M. S. Bibliothecæ noſtræ ſignato littera H. Num. 29. fol. 42.

Wyennæ ad S. Stephanum in latere ianuæ verſus curiam Præpoſiti Wyennenſis incluſus eſt unus lapis marmoreus albus, in quo litteris æreis Scriptura ſequens inſculpta eſt: Hic eſt lapis, ſuper quem effuſus eſt ſanguis ex ſerratione tibiarum S. Cholomanni Martyris, quem huc collocavit Illuſtris Dominus Rudolfus quartus Dux Auſtriæ.

Num. VI.



TVMVLVS LAPIDEVS.

Beati Gothalmi Peregrini, qui Sanctum Colomannum, Hieroſolyma profectus ſecutus, obiit in vico dicto vulgo Maur prope Mellicium, haud multo poſt S. Colomanni Martyrium. Eius acta Bernardus cognomento Dapifer Cænobita Mellicenſis ſub annum 1362. prout ſequitur, litterarum monumentis conſignavit.

Ego Frater Bernhardus Profeſſus monachus Mellicenſis cenobii dictus Dapifer, exiſtimavi eſſe utile, ac ſalubre in rei memoriam perpetuo apud homines perducere, & ad noticiam omnium Chriſti fidelium preſencium & futurorum nacionem & adventum in Auſtriam & ad Cenobium Mellicenſe, & inibi manſionem, Beati Gothalmi Peregrini in cripta Mellicenſis Monaſterii quieſcentis, & hoc, ut veraci relatu Seniorum fide dignisſimorum & aliorum multorum hominum ex utroque ſexu meis in temporibus vivencium melius percipere potui, & ut ipſi ab eorum Senioribus & contemporaneis Deum timentibus perceperunt.

Igitur ego Bernhardus ſupra nominatus anno Domini Milleſimo tricente-

centesimo, Sexagesimo secundo, in vigilia S. Barnabe Apostoli, que fuit in una sexta feria, post sinaxim vespertinam cartis commisi sic, & sic contigit. Cum Beatissimus Christi Martyr Colomannus Patriam suam Scociam, dominiumque terrenum sive regnum predictum pro amore & regno Jesu Christi Domini relinquere disposuisset, & hoc non alteri viventi, nisi huic Beato viro Gothalmo revelasset, qui videlicet Beatus Gothalmus sui Patris & Domini S. Colomanni Cellerarius dicitur fuisse, non tamen quando id esset facturus, sibi indicando, Beato Colomanno, postea clam perdito Irosolymamque tendenti, pre amore, quem erga eum habuit, ipsum sequeretur, Austriamque veniret, & ibidem iam passum, mortuum, & jussu pii Heinrici tunc temporis nostre terre scilicet Austrie Marchionis, in Mellica sepultum audiret; tunc & ipse ad suum dilectum Domicellum, & Dominum tali modo advenit.

Cum una dierum sue peregrinationis versus Mellicam ad villam dictam Maur, a predicta civitate Medlica milliario uno distantem, sabbatique dies esset, & ibi pernoctando venisset, & quidam rusticus nocturnam ei dedisset quietem, & ipse ad horreum dormitum ivisset, & in crastino, videlicet die Dominico surgendi tempus adesset, & non surgeret pluries excitatus; tandem percuntatur diligentius, ut quomodo sibi foret, inveniturque obdormuisse in Domino. Et super feretrum collocatus inveniuntur sine humana administratione candele accense cum eo. Tunc ad Medlicam perducitur, nescitur tamen quoto Domini anno, & ibidem sepelitur; nobis tamen modo prime sepulture eius locum ignorantibus, modo ubi eius sacra ossa continentur, bene scitur, scilicet in cavato & marmoreo & hoc albo lapide iuxta altare Dei Genitricis Virginis Marie in cripta Medlicensis Cenobii in parvis columpniolis locato. Eiusque memorialis dies est in Die S. Anne Matris alme Marie perpetue Virginis.

Signum eciam quoddam quod Dominus per eum fecit, & eius sanctitatem in hoc ostendit, ut eciam relatu didicimus Seniorum fide dignissimorum hiis scriptis omnibus legentibus & audientibus manifestamus.

Cum quidam Rex Bohemorum, proprio nomine nobis tamen ignotus Mellicam venisset & sarcofagum marmoreum & album, in quo eius ossa, ut predictum est, continentur, vidisset, & dubitaret quod ibi reliquie essent, foramen quadrangelum fecit in capite ipsius sarcofagi fieri. Quod, ut cepit facere, protinus visum amisit. Tunc omnes perterriti genua flectentes ante altare Matris magne Virginis Marie ibi iuxta situm, cum devotione supplicantes, primo Domino Deo, & Virgini Marie, ac postea Beato Gothalmo, ut cum ceco Rege facerent misericordiam Rex, quod talia nunquam amodo se vovit acturum. Tunc oratione finita Rex visum recepit meritis & intercessione, ut firmiter credimus, & credere tenemur Beati Gothalmi, & quadrato lapide & albo fracturam clausit, uti usque hodie manifeste videtur signum huius foraminis ipsum sarcofagum intuentibus, & cum gaudio recessit. Quo autem hec acta tempore fuerunt, vel quoto Domini anno, nobis non patet, & hoc vel propter tunc vivencium desidiam & negligenciam, vel propter nostri Monasterii & librorum anno Domini M.CC.XCVII. & hoc in vigilia Assumptionis exustionem contigit.


Anno Domini M.CCC.LXXII. in die S. Paulini Episcopi & Confessoris,

ris, que est in vigilia S. Egidii Abbatis, Rudolffus inclitus Dux Austrie, & ceterorum suorum titulorum Princeps & Dominus, huius nominis IV. hic in Mellicensi Cenobio existens, volens experiri, si quod scriptum, aut aliud evidens signum cum Beato Gothalmo esset Peregrino in marmore lapide, scilicet in suo sarcofago in cripta Mellicensi in parvis columpniolis sito. Ita predicto die devotus Dux una cum Domino Abbate & aliquibus aliis ad hoc specialiter vocatis, secrete accedens ac astans, accensisque candelis & psalmis submissa voce fratribus aliquibus de Conventu dicentibus, ipsius sarcofagi superiorem lapidem removens; sicque inibi existentia ossa videns, nihilque aliud reperiens, quam ipsa ossa, & in medio fronte capitis ibidem reperta est crux parva & alba, affixa, quasi esset facta de similaginea pasta. Quam crucem quidam suorum capellanorum presbiter secularis dictus Limberger, abrupit, incaute manibus attrectando, nobis presentibus, & pro huiusmodi abruptione dolentibus, primoque tamen nobis super hanc admirantibus; & sic postea Beatis ossibus sacrario commendatis, atque ad reparationem eiusdem Sarcofagi, tunc quoque & ipsa ossa sunt in eodem loco reinclusa, presente Domino Gotschalco tunc temporis Custode, me vero Bernhardo Dapifero proch dolor! absente.

ANTIQVITATES PROFANÆ.

Lapis antiquissimus exteriori parieti Ecclesiæ insertus, cui insequentes tres paris vetustatis adiuncti cernuntur: qui postremi, quid sibi velint, Eruditorum iudicio relinquimus. Neque enim tantum otii nobis suppetit, ut singulis penitius discutiendis diutius immoremur.


Figura I.



Ignat. Raderer delin.

Figura II.

Figura II.



Ignat. Rad. del.

Figura III.



Ignat. Rad. del.

Fig. IV.



Ignat. Raderer delin:

Hoc

Hoc nobilissimum diploma per incuriam omissum refertur ad lib. I. Num. 4.

Dedicatio & dotatio Monasterii Mellicensis facta A. Domini 1113.

QVia generatio preterit. & generatio advenit. ad memoriam autem rerum gestarum nichil melius litteris convenit. ad cautelam nostri nostrorumque posterum insinuamus noticie presentium fidelium & futuororum. qualiter anno Verbi caro facti. M. C. XIII. Indictione XIII. III. Id. Octob. Medilicense monasterium dedicatum est a Venerabili pataviensis sedis episcopo VDALRICO. a gloriosissimo Marchione Luitpaldo est dotatum. cuius pater felicis memorie Luitpaldus & avus eius Ernust. Atavus quoque Adalbertus. & ipse de suis rebus idem Monasterium & cenobium fundaverunt. Eadem igitur die memorabilis pontificis sententia hoc confirmante idem monasterium a nobili marchione nobili dote est ditatum scilicet. V. ecclesiis plebeianis cum duabus partibus decimationis in omnibus harum parrochiarum terminis. Hec autem sunt ecclesie Medilikke. Dræschirchen. Romuoltisbach. Wuldeisdorf. Wikkendorf. que sub testimonio predicti Domini episcopi. & omnium adstantium eidem monasterio perpetuali possessione sunt tradite. Insuper clarissimus marchio dotem auxit. & ad eundem locum magna animi benevolentia predia subscripta tradidit. unum videlicet quod eidem Monasterio in Medilikka adiacet. Alterium in Lantfristeten. Tercium in Zedelmœringen. Quartum in Niuwenhoven. Quintum in Rore. Sextum in Grævindorf. Septimum in Radindorf. Octavum in Blæunikke. Nonum in Wikkendorf. cum omnibus possessionibus ad eadem predia pertinentibus. Hanc delegationem & dotem dominus episcopus banno suo confirmavit. & omnem huic loco vim inferentem, & res Ecclesie violenter diripientem excommunicavit. & sui sigilli inpressione hec se egisse posteris designavit. Archiv. Mellic. Tom. I. Num. 40. fol. 73.

Errata nonnulla sic emendanda.

Pag. 6. lin. 32. Hadwzrtistorff. lege Hadwartistorff.
p. 14. l. 14. ante non pone si.
Ibid. l 26. loco Marchfuter lege Purchwerch, & loco Purchwerch lege Marchfuter.
p. 15. l. 17. Sachenawe lege Salehenowe.
p. 22. l. 18. visitate lege visitetis.
p. 24. l. 18. Butzbach lege Rutzbach.
p. 26. l. 33. vigore lege vigor.
p. 27. l. 15. Petussæ lege Petressæ.
p. 29. l. 11. Cumphart lege Lumphart.
p. 30. l. 2. ab ipso lege pro ipso.
p. 33. l. 14. cogitationis lege cogitationibus.
p. 36. l. 16. arcas lege areas.
p. 36. l. 36. vnd achten lege in achten.
p. 37. l. 24. Cirko lege Cinko.
p. 45. l. 38. Iuden lege Iudex.
p. 48. l. 11. Gnindten lege Gmundten.
p. 49. l. 19. Saltum lege saltem.
p. 50. l. 11. Sæcindorf lege Sæscindorf.
p. 59. l. 2. Num. 95. fol. 231. lege Num. 425. fol. 786.
p. 59. l. 41. Elbeth lege Elspeth.
p. 60. l. 7. aria lege area.
p. 61. l. 25. Stosser lege Sosser.
p. 62. l. 31. Elpethen lege Elspethen.
p. 64. l. 32. Gneinfahrn lege Gueinfahrn.
p. 65. l 22. Seconiensi lege Secoviensi.
p. 66. l. 45. Druches lege Druchses.
p. 67. l. 43. Ydimgsprugen lege Jdungsprugen.
p. 68. l. 29. Scheuchenstain lege Scheuchsenstain.
p. 71. l. 21. Janus lege Janns.
Ibid. lin. 31. Eforibus lege Esocibus.
p. 76. l. 23. Bayr lege Bayrn.
p. 80. l. 46. Albers adde Ohaym.
p. 86. l. 47. Nekendorf lege Nexendorf.
p. 91. l. 23. Augusteri lege Augusten.
p. 92. l. 3. zu allen omitte allen.
p. 95. l. 28. Erben lege Erbarn.
p. 100. l. 41. Gorigien lege Görigen.
p. 102. l. 10. Starhenborg lege Starhenberg.

pag. 103. lin. 21. viridi lege viridis.
p. 112. l. 42. artent lege arctent.
p. 122. l. 4. in dicto adde Monasterio.
p. 123. l. 20. amplectimus lege amplectimur.
p. 124. l. 8. videntis lege videritis.
p. 126. l. 26. Fuspar lege Fuspan.
Ibidem lin. 42. Ret Rath omitte Rath.
p. 127. l. 22. Phenerwertt lege Phenwert.
Ibid. lin. 34. Gern lege Geen.
p. 132. l. 44. dictimque lege dietimque.
p. 144. l. 5. Gaussab lege Gausrab.
p. 153. l. 8. vnd er Enns lege Vnter.
p. 154. l. 32. Arzhois lege Arthois.
Ibid. lin. 47. vnd gehalten lege Ven gehalten.
p. 156. l. 10. verindern lege verwidern.
p. 160. l. 3. Pulta lege Pulka.
Ibid. l. 15. abilem lege habilem.
Ibid. l. 23. datum Mellico lege in Mellico.
p. 161. l. 20. die zehent adde zu.
p. 167. l. 4. Jörge lege Jörger.
Ibid. l. 36. Preuerberg lege Prunerberg.
p. 168. l. 22. zu Mölckh adde bekhenen.
p. 169. l. 14. Mellenburg lege Mollenburg.
p. 171. l. 12. Terstorff lege Teestorff.
p. 177. l. 20. aindl. lege Aindlif.
p. 177. l. 40. verniden lege verwidern.
p. 178. l. 21. Romerhagenau lege Somerhagenau.
p. 179. l. 9. Ebbs lege Jbbs.
Ibid. l. 18. Leerstorff lege Leestorff.
p. 183. l. 37. Gengbach lege Genzbach.
p. 188. l. 11. Jaching lege Joching.
lib. II. Tab. XI. N. 3. de Cichen. lege de Aichen.
Ibid. N. 12. Maschalci lege Marschalci.
Ibid. N. 13. Patfvien lege Pataviensis.
Tab. XIII. N. 12. Otareri lege Otakari.
Tab. XIV. N. 13. de Awcktsteten leg. Awetsteten.
Tab. XV. N. 16. de Averpach. lege Overpach.
Tab. XX. N. 20. Reicz lege Neicz.
Tab. XXI. N. 10. Wehingrn lege Wehingen.
Ibid. N. 12. Ginunden lege Gmunden.
Tab. XXII. N. 11. anpach lege Axpach.
Tab. XXIV. N. 16. S. Fundi lege Sig. Joann. Abb.
Tab. XXV. N. 2. Hirstawer lege Hirssawer.
Ibid. N. 7. Schecmizer lege Schermizer.
Ibid. N. 12. in Mante lege in Mansee.
Tab. XXVII. N. 5 Haser lege Hager.
Ibid. N. 7. lege 8. Et N. 8. lege 7.
Tab. XXVIII. Sigill. Wolfgang Oeder adde N. 4.
Ibid. N. 6. von Feeking lege von Zellcking.
Tab. XXIX. N. 8. Erunberger lege Franberger.
Tab. XXXII. N. 6. Ellfendorffer l. Ellsendorfer.
Tab. XXXIII. N. 3. Marex Sachachner leg. Marx Schachner.
Tab. XXXIV. N. 14. lege N. 15. Et N. 15. leg. N. 14.
In titulo lib. II. lin. 6. Tabullariis lege Tabulariis.
Pag. 196. Tab. VI. n. 14. Churing. lege Chunring.
p. 198. Tab. XIII. N. 6. Steitwesen. l. Streitwesen.
p. 201. Tab. XXIII. N. 6. Vnder Hynel lege Vnderhimel.
p. 202. Tab. XXXI. N. 10. Emdorfer zu Emdorf. lege Erndorfer zu Erndorf.
p. 203. Tab. XXXIV. N. 4. Gabriel adde Vogt.
Ibidem loco 15. lege 14. Et loco N. 14. lege N. 15.
p. 209. col. 1. lin. 18. Austriacus lege Austriæ.
p. 212. col. 1. l. 28. Forinbathe lege Formbache.
p. 218. col. 1. l. 38. Leubsterstorffer leg. Leuberstorffer.
p. 225. col. 1. l. 28. Rurnrippe lege Ruripppe.
Ibid. col. 2. lin. 5. Schanwenberg lege Schauwenberch.
p. 228. col. 1. l. 10. Oczo lege Oezo.
Ibid. col. 2. l. 14. Tengeligen, leg. Tengelingen.
p. 241. col. 2. l. ib. ante Garst lege in
p. 248. col. 1. l. 29. Bebeccæ lege Rebeccæ.
p. 257. col. 1. l. 40. loco Perillustris lege Illustrissimi.
Ibid. col. 2. lin. 32. arcemque lege arcique.
p. 258. col. 1. lin. 24. adverbo lege adverso.
p. 263. col. 2. l. 1. Waldhusiana l. Waldhusiæ.
p. 267. col. 2. l. 30. Neoburgensis lege Claustro-Neoburgensi.

Reliqua errata Typographica, quæ absente Editore in præsens opus irrepsere, rogatur eruditus & benevolus lector, in meliorem partem accipere, & humanæ imbecillitati condonare ne gravetur.

FINIS.

41.

pag.
p. 112
p. 122
p. 12
p. 124
p. 126
Ib
p. 12
Ib
p. 13
p. 14
p. 15
p. 15
I
p. 15
p. 16
I
I
p. 16
p. 16
I
p. 16
p. 169. l. 14. Mellenburg lege Mollenburg.
p. 171. l. 12. Terstorff lege Teestorff.
p. 177. l. 20. aindl. lege Aindlif.
p. 177. l. 40. verniden lege verwidern.
p. 178. l. 21. Romerhagenau lege Somerhagenau
p. 179. l. 9. Ebbs lege Ibbs.
Ibid. l. 18. Leerstorff lege Leestorff.
p. 183. l. 37. Gengbach lege Genzbach.
p. 188. l. 11. Jaching lege Joching.
lib. II. Tab. XI. N. 3. de Cichen. lege de Aich
Ibid. N. 12. Maschalci lege Marschalci.
Ibid. N. 13. Patfvien lege Pataviensis.
Tab. XIII. N. 12. Otareri lege Otakari.
Tab. XIV. N. 13. de Awčtsteten leg. Awetstet
Tab. XV. N. 16. de Averpach. lege Overpac
Tab. XX. N. 20. Reicz lege Neicz.
Tab. XXI. N. 10. Wehingrn lege Wehingen
Ibid. N. 12. Ginunden lege Gmunden.

Tab. XXII. N. 11. anpach lege Axpach.
Tab. XXIV. N. 16. S. Fundi lege Sig. Joann. Abb.
Tab. XXV. N. 2. Hirstawer lege Hirssawer.
Ibid. N. 7. Schecmizer lege Schermizer.
Ibid. N. 12. in Mante lege in Mansee.
Tab. XXVII. N. 5 Haser lege Hager.
Ibid. N. 7. lege 8. Et N. 8. lege 7.
Tab. XXVIII. Sigill. Wolfgang Oeder adde N. 4.
Ibid. N. 6. von Feeking lege von Zellcking.
Tab. XXIX. N. 8. Erunberger lege Franberger.
Tab. XXXII. N. 6. Ellfendorffer l. Ellsendorfer.
Tab. XXXIII. N. 3. Marex Sachachner leg. Marx Schachner.
Tab. XXXIV. N. 14. lege N. 15. Et N. 15. leg. N. 14.
In titulo lib. II. lin. 6. Tabullariis lege Tabulariis.
Pag. 196. Tab. VI. n. 14. Churing. lege Chunring.
p. 198. Tab. XIII. N. 6. Steitwesen. l. Streitwesen.
p. 201. Tab. XXIII. N. 6. Vnder Hynel lege Vnderhimel.
p. 202. Tab. XXXI. N. 10. Emdorfer zu Emdorf. lege Erndorfer zu Erndorf.
p. 203. Tab. XXXIV. N. 4. Gabriel adde Vogt.
4. lege N. 15.
Austriæ.
mbache.
uberstorffer.
rippe.
lege Schau-
engelingen.
eccæ.
ge Illustris-
arcique.
verso.
dhusiæ.
ge Claustro-

Reliqua errata Typographica, quæ absen … r eruditus & benevolus lector, in meliorem parte … ne gravetur.

F I N I S.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Hueber, Philipp

Austria Ex Archivis Mellicensibus Illustrata, Libri III. I. Continet Nucleum Historico-Genealogicum, Diplomatum, Chartarum, Privilegiorum, Et Aliorum Eiusmodi Veterum Monumentorum, Cum Multis Integris Archivorum Mellicensis Monasterii Tabulis, Ex Quibus Romanorum Pontificum, Principum, Nobilium Familiarum, Sacrorum Antistitum Austriae, Vicinarumque Provinciarum Res Plurimum Illustrantur. II. Complectitur Sigilla Romanorum Pontificum, Principum, Sacrorum Antistitum, Nobilium &c. Austriae Vicinarumque Provinciarum, Ex Tabulariis Mellicensibus Deprompta, Ac Ordine Chronologico Collocata. III. Exhibet Collectanea Pro Tabulis

Viennae 1743

Res/2 Austr. 82
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00078080-1
VD18 14605392